Q. D. B. V.

DISPUTATIO JURIDICA DE INCENDIARIIS FAMOSIS,

Von Mord-Brennern/

Quam

IN ILLUSTRI AD VIADARUM ACADEMIA,

Sub PRÆSIDIO

VIRI

Nobilissimi, Amplissimi atque Consultissimi

DN. FRIDERICI JACOBI BARTHOLDI,

J. U. D. & Novellar. Profess. Publ.

Domini Patroni sui ætatem devenerandi,

IN AUDITORIO JCTORUM

horis consvetis

Publicæ Eruditorum ventilationi

subjicit

JOHANNES FRIDERICUS Katzsch/

Hall. Sax.

ANNO MDCLXXXX. Die 17. Julii.

FRANCOFURTI,

Nunc Recusa Anno cIɔ Iɔ ccxix.



I. N. J.

Præfamen.



Ommodum aliquod thema meditanti, quo Patronis meis optimis maximis ſtudia mea commendarem, pariterque voluntati illorum, quorum nutui refragari religioni merito duco, ſatisfacerem, perquam opportune incidit tritisſimum illud JCtorum dicterium: *Quotidiana præprimis eſſe curanda.* Id quod etiam Parladorium famoſum alias autorem, ut integrum rerum quotidianarum commentarium in publicum ediderit, permovit. Neque à Legibus adeo alienum ejusmodi propoſitum, cum in vulgus fere notum ſit: ea quæ rara ſunt, Leges noſtras haud curare. *L. 3. ff. de L. L.* Hinc firma animo ſedit ſententia, inter varias, quæ ſe offerebant Juris materias, eam præprimis ad diſſerendum academico more eligere, quæ ipſa ſui frequentia aliquod mereretur pretium, breviter pro ingenii modulo & temporis ratione de INCENDIARIIS acturus. Sane, ſi votis audacia detur, optarem, ut omnes Germaniæ Provinciæ malis hominibus purgatæ, raros imo nullos omnino foverent nebulones, quibus hæc Jura applicari poſſent, atque ut eadem inter Jura rarisſima referri me-

reretur. Jam vero in illa proh dolor! incidimus tempora, ubi quotidiani fere de Incendiariis & incendiis nuncii, aures omnium non sine horrore ac metu fatigant, ut sic non sine effectu ventilentur Jura huc pertinentia. Etenim quod hactenus immanissimis Barbarorum Turcis, infensissimis illis Christiani nominis hostibus in more positum fuit, ut ferro flammaque late vastaverint omnia, illud hodie in consuetudinem versum ab iis, qui non solum Christiani nominis asseclas se dicunt, sed etiam Christianissimorum effectant titulum. Hi, inquam, plus quam immani crudelitate amœnissimas Patriæ nostræ ditiones ferro ac igni funditus delere, sacra ac profana omnia posthabere, nullumque non ruinarum genus exercere satagunt, sub ratione belli excusantes quicquid truculentiæ & inhumanitatis committunt. Hinc non tantum urbibus, astutia magis, quam virtute a se occupatis, dirius adhuc Trojano inferunt excidium, sed etiam civitatibus nihil meritis, illis scilicet ad quas impotens ipsorum Victoria pertingere nequit, triste ac horrendum minitantur incendium, emissis eo fine multis Incendiariorum agminibus. Hoc, inquam, est, quod magis magisque me impulit, ut specimen aliquod Academicum exhibiturus, Jura Incendiariorum in subsequentibus pagellis curatius paulisper investigare mecum constituerim. Tu interim, Lector benevole, veniam dabis enixe roganti, si in omnibus limato tuo judicio haud respondero, æstimioque ad minimum aliquo dignaberis præsentem Dissertationem, licet non gratam aut jucundam, tamen tempori convenientissimam materiam continentem. Qua spe fretus sine ambagibus aggredior.

CAPUT

CAPUT I.
DE
EXPLICATIONE NOMINUM.

SUMMARIA.

1 NOn sine ratione inter prudentes receptum, ut omnis de quocunque negotio tractatio, initium suum sumat à verborum explicatione. Vix enim genuinum rerum sensum percipere dabitur, nisi prius æqvivocatione sua sedulo
2 liberentur voces, earumqve origo curatius investigetur. Unde etiam evolutionem vocabulorum cunctis serio commendant cordatiores Philosophi, tanqvam primum intelligendi principium, sine quo felix reliqvorum cognitio sperari haud valet, Ko-
3 ckermann. *Systhem. Log. Sect. 2. cap. 1. num. 30.* adeo, ut sine nominis explicatione rem cognoscere velle, sit tempus perdere, sicuti ex aliorum effato asserit *cit. aut. n. 40.* sæpe numero enim in-
4 tuitu unius rei designandæ, non solum verba mutantur, sed eorum acceptio qvoqve subinde in alium transfertur usum, te-
5 ste Petr. Salazar. *Tract. de usu & consuet. cap. 1. num. 1.* Ut hinc summe necessaria sit vocabulorum cura, qvam etiam JCtorum absolutissimos, veræ non simulatæ Philosophiæ sectatores, imo ipsum Sacratissimum Imperatorem nostrum nonnunqvam observasse, non dememini, Confer. *L. 1. §. 1. ff. de pact. L. 51. pr. ff. ad L. Aquil. L. 1. pr. ff. de furt. §. 1. in fin. I. de interdict. §. 2. I. de tutel. L. 49. ff. de V. S. pr. I. de Testam. ord.* aliique textus innumeri. Ut sic ab omni censura memet immunem fore credam, si inscriptionis nostræ, aliqvot vocabulis comprehensæ sensum, in generali hoc capite, specialiori materiæ tractationi præmisero, nominalem pariter atqve realem definitionem thematis, qvanta licebit brevitate exhibiturus,

6 Sistit autem se primo statim loco vocabulum Incendiarii, qvod compositum atqve derivativum esse, sponte apparet; Dicuntur qvippe Incendiarii ab incendio, (quod supponere solent,) seu à verbo incendere, qvæ vox originem suam habet à præpositione IN, & ab antiqvatæ latinitatis vocula CANDO, qvæ idem est ac candere facio, unde etiam descendit illud Germanorum, Zünden/ anzünden/ de qvo vid. Lexicographi. Atqve hoc significatu etiam passim supponitur in utroque Jure dicta vox, evolvantur *t. t. ff. de incend. ruin. & naufrag. L. 18. §. si dominus ff. de dolo. L. 27. §. hujus Legis ff. ad L. Aquil.* In specie Incen-

cendiariorum mentio introducitur, in *L. capitalium 25. §. incendiarii. ff. de pœn. L. 3. §. 1. ff. de offic. Præfect. Vigil. L. 10. ad L. Cornel. de sicar. & in tit. 17. Lib. 5. Decretal.*

Non ignoro qvidem, qvod in acceptione metaphorica subinde alia significatione adhibeatur vocabulum incendere, e. gr. 7
incendere aliqvem ira. Terent. incendere arrogantiam alicujus, i. e. excitare commovere, incitare & augere, qvando apud Maronem de Miseno insigni tubicine aqvis suffocato canitur, sc. *Æneid. Lib. 6.*

Quo non præstantior alter
Ære ciere viros Martemque incendere cantu.

Et L. 4. Æneid.

Desine meque tuis incendere teque querelis &c.

Verum ista acceptio hujus loci non est. Nam haud reminiscor, qvod aliqvando Incendiarii dicti fuerint à sensu isto tropico, qvi alterius iram odiumve &c. incenderunt. Unicum ta- 8
men non possum qvin adhuc moneam, quod quidem τὸ incensum sæpiuscule prædicetur de ædibus aliisque rebus incendio traditis. *L. 7. §. si paciscar ff. de pact.* In specie tamen vox ista substantive supposita denotat eum, qvi bona sua in censu dolose non est professus, qui nuncupatur in census vid. Dion. Halicarnass. *Lib. 4. l. 53. ff. de Judic. l. 1. C. de Quæst. l. 4. §. 1. ff. de cens.* 9
& differt ab incensito, de quo *l. un. C. de Classic. lib. 11. l. un. C. Theodos. eod. lib. 10. tit. 23.* Verum hoc saltem incidenter.

Alias quod hic incendere vel accendere dicimus, alibi 10
nuncupari solet (1.) urere, comburere, exurere, & si qvæ plura sunt, qvæ exinde descendunt composita, *l. 6. ff. ad l. Jul. pecul. l. 1. ff. de cadaver. punit. l. 1. C. de emend. serv. l. 2. ff. de l. Commissor. l. 9. §. 1. ff. locat.* (nam qvod alii putant incendium prædica-
ri de urbanis, combustionem de rusticis prædiis, quos inter 11
Henr. à Segusio Cardin. Hostiens. *in summ. rubr. de incendiar. n. 1.* illud haud admittendum, cum ambæ voces promiscue in Legibus supra citatis occurrant) sic exusta chirographa, instrumenta &c. perhibentur in *l. 57. ff. de admin. & pericul. l. 2. C. de revoc. donat.* item combusta domus & insula dicitur in *l. 57. ff. de contr. empt.*

empt. l. ult. ff. de pignor. & l. 22. ff. de legat. 1. l. 58. eod. l. reperi 8
rei mutatione ff. quibus mod. usufr. amitt. l. 7. ff. quib. mod.
usufr. amitt. l. 7. ff. de instrum. vel instruct. leg. l. 4. ff. de impens.
in rem dot. Verum ex eo non statim sequitur, quasi substanti-
12 vum exinde deductum sit synonymum incendiarii. Nam ustor
sive combustor uti vocatur, toto cœlo differt ab illo. Usto-
res quippe sunt ii, qui cadavera demortuorum igni imponebant,
13 apud Martial. (2.) Cremare, concremare Liv. *lib. 6. c. 33.* Ve-
rum exinde nullum omnino formare est nomen, quod Synony-
mum incendiariorum præsentare posset. Nam si crematores
eos appellare velles, illud vocabulum puriori idiomati foret in-
cognitum, cum quantum constat, apud probatos autores haud
14 deprehendatur. Notior est, quæ exinde derivatur vox cremio-
rum, quam etiam Legibus insertam deprehendimus. Sunt au-
tem cremia nihil aliud, quam ligna ad cremandum præ reli-
quis apta, sive surculi tenues pariter ac aridi, qui facile ignem
15 concipiunt & comburuntur *l. ligni 3. ff. de leg. 3.* Unde cremi-
ales arbores appellantur, quæ dictos ramulorum fasciculos sup-
peditant. *l. divortio §. si fundum ff. solut. matrim.* Quamvis su-
per lectione dictæ legis varient. V. Duar. *l. fructus 7. §. si fun-
16 dum ff. solut. matrim.* Connan. *l. 4. C. 1. n. 7.* (3.) Ardere, verum
hæc vox saltem passivum habet intellectum, *l. 40. §. 1. ff. de con-
dict. indeb. l. 3. §. nec non ff. de in rem verso l. 44. §. cum stramenta ff.
ad l. Aquil. l. 11. C. de his qui accus.* neque producit voculam idem
inferentem, quod per incendiarios h. l. indigitamus.

17 Proinde aliunde accersenda hujus verbi Synonyma. Et
quidem Incendiarii alio nomine efferuntur, quando (1.) in *l. 16.
§. ult. ff. de pœn.* & ap. Paul. *l. 5. sent. Tit. 20.* vocantur incenso-
18 res, scil. messium, (2.) Salutari quoque possunt commode satis
emissarii. Nam licet regulariter per emissarios intelligantur in
speciali significatione illi, qui sunt conciliatores atque internun-
cii furtorum à Magistratu commissorum, Vid. Schard. *in Lex.
Jurid.* & in bono sensu emissarii sint ii, ex quibus constat exer-
citus ad lacessendos hostes destinatus, quasi dicas, die *Avantgar-
de* oder Vortrop 2c. attamen quia in sequiori acceptione capiun-
tur

tur pro iis, qui ab inimicis ad calumniandum sunt subornati & ad invehendum existunt paratissimi, nihil obstat, quo minus summissos ab hostibus ad damnum atque incendium inferendum incendiarios, appellemus emissarios, seu cædendo seu ignem immittendo detrimentum faciant. (3.) Dici valent certo re- 19
spectu diffidatores, qvatenus scilicet literis diffidatoriis ejectis, durch ausgestreuete Brand-Briefe/ minitantur incendium. Besold *th. pract. voce* Fehde. Heigius *P. 2. quæst. 32. n. 8.* Joh. Frid. Janus *de diffidat. & text. 2. F. 5. §. 4.* vel quatenus lapidibus in agrum alicujus jactis, malam mortem Domino fundi à se immi-
nere indicant, id quod in specie dicitur scopelismus, crimen sæ- 20
culo hodierno non amplius cognitum, conf. Thebesius *Disput.*
Inaugur. de Scopelismo per totum. (4) Gallis, quorum idioma ho- 21
die admodum usitatum, vocantur Boutefeus, quamvis etiam seditionis & turbarum autores, die Rädleinsführer/ Meutmacher und Aufrührer isto nomine designentur.

Quoniam vero duplex communiter formatur incendiario- 22
rum species, ad distinctionem eorundem, & ne quis putet, nos hac Dissertatione de omnibus in genere acturos, titulo vocabulum famosi adjeci, ut sic incendiarii NB. famosi saltem hujus tractationis existant. Dicuntur vero famosi à fama, ac si dicas,
berüchtigte/ verleumdete Brenner. Verum sicuti ipsa fama 24
nunc in bono nunc in malo sensu supponitur, dum vel denotat existimationem hominis & dignitatis illæsæ vel integræ statum, das gute Gerüchte. *L. 4. ff. de susp. tut. l. 28. in fin. ff. de pæn. l. 15. §. si quis libello ff. de injur. l. 39. §. ult. ff. de procurat. l. 103. ff. de V. S. l. 36. ff. de fideicomm. libert. l. 23. ff. quæ in fraud. cred. l. 7. ff. de receptis, qui arbitr.* qvorsum spectant vulgatissima illa juris: Crudelis est, qvi famam negligit, vel, vita & fama pari passu ambulant. *Can. nolo. C. 12. quæst. 1. Can. non sunt audiendi C. 11. Q. 3. l. 5. C. de instit. & substit. l. 8. ff. quod metus caus.* Petr. Gerh. de Petr. Sanct. *sing. 1. n. 9. sing. 82. n. 7. & sing. 33. n. 4.* Tiraqvell. *de nobilit. C. 20. n. 63.* vel existimationem hominis læ-
sam, den bösen Leumuth/ quando dicitur, famam nocere; ita 25
etiam τὸ famosum in utramque partem flecti, & nunc bonum

nunc malum sensum inferre valet. Sic famosum Juris textum dicimus, legem notabilem; famosam civitatem appellamus, quæ alias celebris est; famosus autor existit, qui audit multæ famæ, Spiegel. *in Lex. Jur.* qvasi dicas: clarus, famigerabilis & famigeratus, ein berüffener / berühmter Mann / eoque significatu ipse sacratissimus Imperator supponit hanc vocem, in *N. 8. tit. 3. pr.* ubi famosissimorum præfectorum mentionem facit. Econtra famosos fures, latrones, mulieres &c. nuncupamus, qui sunt maxime infames, *L. 3. §. 1. ff. de Offic. Præfect. Vigil. l. neque famosi ff. ad L. Jul. Maiest. l. Capitalium §. famosis, & l. f. ff. de pœn. l. 3. §. ult. ff. de Susp. Tutor.*
26 Hinc famosæ actiones dicuntur famam sugillantes, quæ contra
eos, qvibus reverentiam debemus, haud competunt, *l. 33. §. li-*
berto ff. ad l. Jul. de adulter. l. 1. ff. de his qui not. infam. §. publi-
27 *corum I. de publ. Judic.* Famosa Judicia sunt, quæ infamiam
irrogant damnatis *l. 7. ff. de injur. l. 1. & 12. ff. de dolo mal. l. 10.*
28 *§. Prætor ait ff. de in jus voc. l. 1. ff. de postul.* & famosa causa vo-
29 catur *in l. 7. ff. de solut.* item famosum carmen & famosus Libellus subinde dicitur, qui honorem alicujus vellicat, vel in injuriam alterius conscribitur, *l. 16. ff. de pœn. §. 1. I. de injur. l. 5. §. penult. l. 15. §. generaliter ff. eod. tit. l. 21. & l. 28. in fin. ff. de Te-*
30 *stibus.* Ac in genere famosi homines audiunt, qui infamia
sunt notati, *l. 2. §. ult. ff. de his qui notant. infam. l. 14. ff & l. 16. Cod. eod. tit. l. 13. & l. 4. ff. de accusation. l. 7. ff. ad l. Jul. Majest. l. 2. §. mulier ff ad SCtum Tertullian.*
31 Unde apparet, quod longe frequentior sit usus & præprimis Juri nostro magis familia-
32 ris, quando in malam partem dicta vox accipitur. Singularissima tamen est ejus acceptio, qvando ἁπλῶς sive absolute posita occurrens per excellentiam qvasi denotat Libellum famosum, in *l. 7. C. Theodos. de famos. libell. lib. 9. tit. 34.*

33 De cætero quos hic famosos diximus Incendiarios, illos infames, improbos, impudicos, insigniores, notabiles, ignominiosos, turpes, seditiosos &c. vocare nil vetat, nam omnes istæ appellationes aliis qvoqve delinqventibus applicantur in Jure, vid. *l. 2. ff. de Offic. Asses. l. 20. C. ex quibus caus. infam. irrogat. pr. Inst. de vi bonor. raptor. l. 8. §. 2. C. de repud. l. 16. ff. de Appellat. L.*

48.

48. ff. de ritu nuptiar. l. 63. ff. ad SCtum Trebell. l. 27. C. de inoffic. testam. addatur Barthol. *in l. Capitalium. §. famosos ff. de furtis.*

Restat, ut de vernaculæ nostræ vocabulo adhuc paucis di- 34
spiciamus, illud autem compositum esse nemo non videt. Constat enim ex germanicis vocibus Mord & Brenner / qvarum illa qvidem est propria latronibus, qui homicidia committunt, quoniam tamen Incendiarii famosi, de quibus hic agimus, incendium non solius damni causa, sed etiam necandi spoliandique ergo inferunt, una cum rapina bonorum, ac deprædatione integrarum civitatum, interitum hominum, atque exitium civium quærentes, ideo non in congrue vocantur Mord-Brenner / ad differentiam incendiariorum simpliciter ita dictorum, 36
germanice, der Brenner / qui solo odio privato atque invidia incitati, absqve ulla necandi libidine, non spolii aut latrocinii, alteriusve lucri intuitu certam aliquam domum aut prædium Vulcano consecrant, & sic privatum saltem detrimentum intendunt, licet præter ipsorum propositum flamma latius evagetur, vicinasque ædes alias una absumat, ac publico hac ratione summopere noceat, vid. Carpzov. *in Prax. Crim. quæst. 38. num. 12.*
Ex quibus satis colligere est, quod Incendiarii seditiosi commu- 37
niter emitti soleant ab hostibus publicis, non solum ad comburendum & rapiendum, sed etiam NB. ad interficiendum & cædendum, juxta tenorem Mandati ipsorum, Inhalts ihrer Order: Sie sollen sengen / brennen / plündern / rauben / morden
&c. quod ultimum infert vocula Mord / alteri verbo Brenner / 38
juncta. Sicuti & memorata vox per modum compositionis aliis quoque combinari solet vocabulis, quando v. gr. ipsum latrocinium commissum, nuncupamus eine Mordthat. Confer
Lehmann. *in Chron. Spirens. lib. 4. cap. 17.* nec non assassinium, 39
h. e. homicidium Christiani hominis ab infideli sicario ad id conducto perpetratum, salutamus, einen Meuchel-Mord. Vid. Cardinal. Tusch. *Pract. conclus. 531. lit. A.* Imo huc referri po-
test forjudicatio, quam nostro idiomate appellamus, die Mord- 40
Acht. Nam passim in Germania obtinet & Praxis observat, ut contra homicidas, sicarios, aliosque criminum capitalium noto-

riorum reos, qui perpetrato delicto fuga sibi prospiciunt, deveniatur ad dictum forbannum, de cujus Processu vid. Emeric. Rosbach. *in Pr. Crim. t. 1. c. 5. n. 11.* add. Joh. Herm. Staml. *de serv.*
41 *pers. l. 1. cap. 5. per tot.* Inter alia notabilis est modus pronunciandi, & declarandi aliquem in simile bannum, id quod hisce formalibus fieri solet: Als du mit Urtheln und Recht zu der Mordacht ertheilet worden bist/ also nimm ich dein Leib und Blut aus den Frieden/ und thue sie in den Unfrieden / und künde dich Ehrloß und Rechtloß/ und kündige dich den Vögeln frey in den Lüfften / und den Thieren in dem Walde/ und den Fischen in den Wassern / und solt auf keiner Strasse/ noch in keiner Mundat die Kayser oder Könige gefreyet haben/ nindert Fried und Geleit haben/ und künde alle deine Lehn/ die du hast/ ihrem Herrn ledig und loß / und von allen Rechten in alles Unrecht / und ist auch allermänniglich erlaubt über dich/ daß niemand an dir freveln kan noch soll/ der dich angreifft. Bamberg. Halß-Gerichts-Ordn. *fol. 58. art. 219. & seqq.* Struv. *de Vindict. privat. cap. 3. §. 5. pag. 28.*

42 Alterum compositionis membrum est Brenner / descendens à germanico Brand / brennen / pro quo Majores nostri Germani veteres dixere bornen / quæ vox occurrit *in Cap. 18.* Kayser Friedrichs des II. Rechten/ *verbis:* Bornen und rauben. Addatur Wehnerus *in Observ. Practic. voce* bornen. Pe-
43 culiaris autem est significatio, des Brenners/ (1.) quando denotat uredinem sive rubiginem, h. e. vitium certum adurens plantas, arbores, herbas atque legumina, vid. Faber. *in Thesaur.* ibique allegatus Plinius & Columella. (2.) Quando ut nomen proprium supposita significat montem Norici apud Styriacum Oppidum, prope Hercyniam sylvam Pyrenen dictum, ex quo Danubium celeberrimum Allemaniæ fluvium oriri, autor est Aristotel. *in Meteoris.* Nam & ille nativo nobis sermone appellatur der Brenner/ ab urendo ita dictus, quoniam frigore urere etiam media æstate experiuntur illi, qui in Comitatu Tyrolensi iter facientes, juga ejus aliquando superant. Alii eum vocant den Groß-Werner/ Galli *le grand Brenner*, Latini Brenum,

num, Vid. Dionyſ. Philarg. *in Virg. lib. IV. Georgic.* vel Pyrenæum, Pyrenæi vocabulo exiſtente æquivoco; utpote, quo non tantum ſignificantur celebres iſti montes, qui Hiſpaniam à Gallis ſeparant, ſed etiam memoratus Germaniæ mons, cujus Plinius quoque meminit *in Panegyrico* his verbis: *Germaniam quamplurimæ Gentes ac prope infinita vaſtitas interjacentis ſoli, tum Pyrenæus, Alpes, immenſique alii montes, niſi his comparentur, minuunt, dirimuntque.*

Inter Hiſtoricos quoque ſubinde mentionem fieri videmus, der Edlen oder der tapffern Brennen/ qui vocantur Brennones, & ſignificant Marchiæ Brandenburgicæ indigenas, à Brandenburgo ſive Brennepurgo, urbe ad Havelam fluvium in veteri Marchia ſita, non à brennen vel incendendo ita dictos. Utrum autem memorata civitas dictæque provinciæ incolæ à conditore ſuo Brenno (quo duce Senones quondam Romam diripuiſſe leguntur, Plutarch. *in Camillo.*) quod refert Georg. Sabin. *de Brandenb. Metropol. March. p.* 67. Joh. Schoſſer. *de Orig. & intrem. Famil. Marchion. Brand. Lib. 1. Marchiad. p. 117.* Andr. Angel. *in Chron. Marchiæ Brandenb. lib. 1. p. 2.* Chriſtoph. Theodor. Schoſſer. *in Deſcript. March. C. 1.* Wolffg. Juſt. *de variis urbib. & arcib. p. 25. & 54.* Stephan. Ritter. *Coſmogr. Proſometr. lib. 4. p. 682.* An vero à Brandone ſive Brennone quodam Francorum Duce Marcomiri filio fundatore ejus, quam opinionem recenſet Erneſt Brotuff. *Genealog. Anhalt. lib. 2. c. 3. fol. 33.* Matth. Dreſſer. *Iſagog. Hiſt. millen. 6. p. 2. pag. 478. & de Germaniæ Urbibus pag. 154.* Adrian. Rom. *in parv. Theatr. Urb. pag. 109.* Petr. Bert. *Commentar. rer. German. lib. 2. cap. 12 pag. 319.* Aut ab antiqua voce brynn/ brenn/ oder breyn/ quæ galeam præſertim criſtatam & cornutam denotare perhibetur, quam derivationem tangit Chriſtoph. Hartknoch. *de Reb. Polon. lib. 1. c. 5. p. 83.* eamque approbat Celeberr. Dn. Joh. Chriſtoph. Becmann. *in Not. ad Wolffgang. Juſt. Deſcript. Francofurt. pag. 8.* Vel à Slavonico vocabulo Brani-Bor, h. e. cuſtodia ſylvæ, quod à conditoribus dictæ urbis Slavis eidem oppido impoſitum volunt, cujus ſententiæ eſt Boguslaus Balbin. *in Epitom. rer. Bohemic. lib. 1. c.* 44

6.p.23. illud nominis sortitæ atque inde vocatæ sint die Brennen/ illud hoc loco exequi haud vacat, saltem monuisse sufficiat, sicuti supra monuimus, non ab urendo, vom brennen descendisse illam appellationem Confer. Illustr. Dn. de Rhez. *in Inst. Jur. Publ. lib. 1. tit. 2. §. 17.* ibidemque allegatus Simon Schard. *in Oper. Script. German. f. 442.* voce *Brynn seu Breyn.* Nec non quod istius regionis incolæ semper extiterint fortissimæ, & quod sub regimine optimorum pariter atque maximorum Principum semper floruerint, quorum stemma illustrissimum summis in orbe dignitatibus dignissimos suppeditavit rectores, cum in eo numerare liceat electum unum Poloniæ Regem, X. Electores seculares, unum Cardinalem atque Electorem Moguntinum, VII. Archi-Episcopos, VI. Episcopos, unum Magistrum Crucigerorum in Borussia, V. Magistros Ordinis Johannitici, unum Vice-Regem Valentiæ, ex sexu vero fœminino illustrissimarum dignitatum consortes, unam Reginam Romanam coronatam, desponsatam unam Bohemiæ Reginam, tres Daniæ, duas Sveciæ Reginas, atque unam Archi-Ducem Austriæ, referente Leonhard. Wurffbainio *in relation. histor. pag. 4. pag. 49. & 55. & p. 9. p. 258.* Quamvis curatius paulisper instituto computo, non dubitarem, plures hodie deprehendi posse, qvi paribus vel majoribus adhuc coruscarunt honoribus, cum ad suum usqve ævum saltem testetur, *alleg. Aut.* Sileo impræsentiarum Achilles atque Cicerones Germaniæ, Ferreos Maximosque Principes, atqve qvos historiarum monumenta exhibent Justos, Pios, Clementes, eos enim cana antiquitas & majores nostri suspexerunt, seraque posteritas usque venerabitur. Instar omnium nobis sit, in numero perfecto perfectissimus Princeps FRIDERICUS III. qui paternæ atque avitæ gloriæ ex asse hæres, omnium virtutes in se exprimit, ac eodem, quo fortes ipsius Atavi, h. e. virtutis tramite, ad nominis immortalitatem properat, non solum arreptis fortiter contra hostes Imperii armis, sed etiam provida sua pro incolumitate patriæ cura, & absolutissimis contra Incendiarios Ordinationibus promulgatis. Quam vellem itaque Pater Patriæ clementissime, Domi-

ne

ne ac Nutricie noster longe benignissime, Ultor tot in Germania excitatorum incendiorum severissime, fortissime, ut in laudes tuas excurrere atque prolixum esse liceret. Verum propositi tenacem esse convenit, neque Dissertationem cum Panegyrico permutare Leges Disputantium permittunt, Hinc finem abrumpo atque quod hoc Capite adhuc superest, definitionem
thematis realem paucis subnecto. Sunt autem incendiarii fa- 45
mosi nihil aliud, quam homines malefici ad incendium, cædem cunctaque damna alia provinciis inferenda, malo exemplo emissi. Notanter eos vocavi homines maleficos, quoniam licet alias existant innocentissimi, satis delicti tamen est, turpis & abominabilis ejusmodi rei mandatum suscipere, & vel eo ipso deterrimi criminis reum se reddere. *arg. L. sed si unius §. servus ff. de injur. & ibid. Bart. n. 5.* Admodum proprie vero salutari possent, malefici, si quod fama communis divulgavit, in veritate consistit, quasi omnes capitalium delictorum deterrimorumque scelerum accusati, à finitimis eo fine ex vinculis atque carcere sint dimissi, ut dictis damnis ditiones Germanæ multent. Quod factum nulla ratione defendi posse, certum est. Etenim si ne quidem ob bonum finem, & propter honorem matrimonii, (cujus favore alias multa contra communes juris regulas recepta sunt,) nocentem aliquem ac contra jus morale peccantem, dimittere licet impunitum, v. gr. propter intercessionem puellæ petentis delinquentem in matrimonium, quæ communis est Doctorum opinio. vid. Struv. *ad ff. tit. d. pœn. th. 90.* Zœs. *eod. n. 47.* Carpz. *pr. Crim. Q. 149. n. 49.* Nullo sane fundamento defendi poterit relaxatio capitis pœnam meritorum, facta malo fini, ut sc. proximo contra omnia naturæ ac gentium jura noceant. Hinc significanter in descriptione porro dixi, malo exemplo fieri ejusmodi incendiariorum emissionem, quoniam licet in bello multa liceant, quæ tempore pacis haud tolerarentur, suis tamen solennibus & juribus etiam ille per vim certantium status constrictus est, ne alias in latrocinia abeant bella, de quo *Cap. 2. seq.* Denique emissorum saltem mentionem feci, quoniam ob solam emissionem licet non

secuto

secuto facto plecti valent istius criminis rei, id quod fusius prosequemur in *Cap. Diss. hujus* 2. In tertio, ac ultimo, de officio Magistratus circa Incendiarios acturi. Nunc ad

CAPUT II.

De

JURE INCENDIARIORUM.

SUMMARIA.

Supre-

1 INcendiariorum Jura, de quibus hoc loco tractationem su-
sceptari sumus, non omnes in genere concernunt incen-
diarios, qui consulto incendia inferunt, definiente Paulo
L. 5. Sentent. C. 3. sed eos tantum, quos incendiarios publicos
appellare fas est, qui autoritate publica emissi, incendia in bellis
excitant, sicuti Cap. præcedenti fuse satis innuimus.

2 Est vero bellum, quod inter certantes geritur, duplex, ju-
stum aliud, aliud injustum. Injustum est, qvod legitima belli-
gerandi causa destituitur. Cic. *de Republ. L. 3.* Grot. *de J. B. &
Pac. L. 2. C. 1. §. 1.* v. gr. qvod suscipitur cupiditate regnandi, aut
proferendi fines Imperii, item quod infertur invidiæ ergo, ad
conterendam vicini potentiam, vel ad excutiendum jugum le-
gitimum, &c. Grot. *c. l. L. 2. C. 22.* Oldrad. *cons. 72. & 264.* Tale
bellum non est, nisi vis ac injustitia, cunctaque, quæ illud pro-
movent, media crimina sunt ac delicta, juxta illud Augustin. *L. 4.
de Civit. Dei. c. 4. & 6. Inferre bella finitimis, & inde in cætera
procedere, ac populos sibi non molestos, sola regni cupiditate con-
terere, quid aliud est, quam grande latrocinium?* Cum quo con-
cordat notatu dignum Theodorici Gothorum Regis effatum,
qvi Principem sine justitia nihil aliud esse asseruit, qvam genti-
um latronem publicum, quique eum seqvuntur, sociorum me-
reri nomen dixit, non militum, qui dum bello acqvirunt ra-
ptores, dum cladem edunt sicarii, dum vastant & incendunt
incendiarii audiunt. In simili ergo bello, violentiæ atqve ini-
qvitatis pleno, tantum abest ut justa sit captura, vel incensio ur-
bium, ut potius pœnæ Legibus statutæ, debeantur ejusmodi in-
3 cendiariis. conf. Grot. *de J. B. & P. L. 3. C. 10. §. 3.*

Hoc tamen certum est, quod de injustitia illa admodum
periculosum sit, ferre judicium, privato. Id. *L. 3. C. 4. th. 4.* Sub-
ditis siqvidem in arcana & actiones Principum penetrare haud
datur, & sæpe numero ex politica quadam ratione alia belli cau-
sa prætexitur, qvam qvæ revera subest. Richt. *Axiom. Pol. 210.*
& sic temerarium saltem existit, quod inconsulto desuper fertur
4 judicium, neqve statim sequitur: si ab una parte justum est bel-
lum, oportet ut ab altera parte sit injustum, quoniam uterque
bel-

belligerantium, ad minimum ex opinione sua, justam fovere potest belli causam. vid. Grot. *L. 2. C. 23. th. 13.* add. Alciat. *L. 2. Paradox. cap. ult.* Fulgos. *ad L. ex hoc Jure ff. de Just. & jur.* Didac. Covarr. *in Cap peccatum. sec. part. relect. §. 10. n. 6. Tit. de Reg. Jur. in 6to.* Qvemadmodum enim inter privatos uterque litigantium potest existimare, legitimum esse quem gerit processum; unde etiam uterque salva conscientia, juramentum calumniæ, non veritatis, sed credulitatis existens, præstare valet; Obrecht. *de Juram. Calumn. C. 10. n. 23.* Anton. Delre Tiburtinus *de Juram. cal. c. 8.* Sigism. Scacc. *L. 2. de Judic. c. 1. n. 60.* ita etiam inter illustres, qui præter Deum & ensem superiorem haud recognoscunt, & qvorum tribunal controversias inter ipsos ortas dirimens, est gladius, de justitia belli uterque potest esse persvasus, adeoque ambo salva & illæsa conscientia arma induunt. Henr. Bocer. *de Jur. Bell. & duell. C. 1. n. 12.* & Balthas. Ayala *in præfat. L. 3. de Jur. & Off. belli. & plures ibidem allegati.*

Justum ex adverso bellum est, qvod habet causam justificam, v. gr. qvod suscipitur ad defensionem sui suorumque, ad avertendum totale exitium imminens, item ad vindicandas res per injuriam ab alio ablatas, & ad recuperandos antiquos imperii fines, arg. *Art. 12. Capit. Leop. &c.* Grot. *L. 2. C. 1.* Nicol. Boër. *Decis. 178. n. 7.* Frid. Schenk. L. Baro à Tautenberg. *tit. 28. hic finitur lex. in pr. 2. Feud.* Quale bellum certa quædam à Jure Gentium requisita habet atque solennia, quorsum spectant, indictio, Jura fecialia, modus belligerandi justus, & id genus alia, sine quibus bella potius injusti conflictus atque latrocinii appellationem merentur. Grot. *L. 3. C 3.* Idque probari valet consensu JCtorum Romanorum, qui hostes ita describunt: quod scil. sint illi, quibus populus Romanus (hodie Imperator cum consensu Principum & Statuum Imperii *art. 13. Cap. Joseph.*) bellum publice decrevit; Reliqui latrones sunt aut prædones, Pompon. *L. hostes ff. d. V. S.* conf. *L. hostes ff. de capt. & postlim. revers.* Ubi Ulpianus ita infit: *Hostes sunt, quibus bellum publice populus Romanus decrevit, vel ipsi populo Romano. Cæteri latrunculi vel prædones appellantur, & ideo, qui à latronibus captus,*

6 7 8 9

servus latronum non est, nec postliminium illi necessarium. Ab hostibus autem captus, puta à Germanis vel Parthis, est servus hostium & postliminio statum pristinum recuperat. L. postliminium §. 2. L. si quis ingenuum §. 1. ff. de captiv. Unde apparet, bel-
10 lum licet justissima ex causa susceptum fuerit, tamen salutari posse injustum, si in modo & progressu ejus aliquis committatur excessus. Grot. *L. 3. C. 11. th. 1. & L. 2. C. 1. th. 1.* Hinc non inepte aliam justitiam belli internam dixeris, aliam externam. *Conf. Grot.* Id quod Incendia bellorum qvatenus vel licita sunt vel illicita pluribus declarabunt.

11 Videlicet, quamdiu hostem in castro obsidemus, à quo si non ultima, tamen aliqualis nobis metuenda clades, ipsum Jus naturæ dictitat, licere omnibus contra ipsum niti mediis, ad infringendam potentiam ejus, juxta tritum illud: melius est prævenire, quam præveniri. Hinc sive urbem ejus tormentis bellicis incenderis, sive sata excusseris, seu fortalitia Vulcano consecraveris, tantum abest ut incendiarii reportes appellationem, ut potius fortissimi bellatoris promerearis titulum. Bocer. *de bell. & duell. C. 4. n. 4.* Etenim sævire in hostes & hostium castella, hortos, urbes, villas, naves, fructus devastare, aliaque his similia facere, per quæ hostium vires debilitentur, confirmentur suæ, jura belli permittunt, asserente Polybio, cui suffragatur illud Livii: Esse quædam belli jura, qvæ uti facere, ita pati sit fas. Sata exuri, dirui tecta, prædas hominum pecorumque agi, misera magis quam indigna patienti esse. Conf. Reinhold. Condit. *in Speculo fidei polit. c. 6. n. 16.*

12 Neqve ille mos oppugnandi mœnia hostica & flammis utendi contra infensos inimicos, nostro ævo debet originem, cum longis retro seculis, non armis tantum, sed & igni fuerit decertatum. Sic ipsos Romanos, præter galeas, hastas, clypeos, loricas, jacula, secures, venabula, sagittas, arcus machinasque
13 (qvarum rerum autores describit Polydor. Vergil. *de rerum invent. Lib. 2. C. 11.*) etiam ad debellandum hostem faces, malleolos, plurimaque ignita missilia, nec non testas, vasa picis, sulphuris ac bituminis plena, ex fundis jacta, item balistas pluresque

que machinas, qvibus aliqvot missilia ignem ferentia emiserunt, aliaque incendiorum instrumenta, sine nota incendiariorum adhibuisse, legimus, apud Lipsium *Poliorcetikon L. 4. & 5.* add. Robert. Valturius *de re milit.* Quamvis negari neqveat omne illud 14
antiqvitatis inventum nihil esse, respectu habito ad modernum tormentorum genus & ad illas, quæ hodie cum admiratione & stupore orbis beneficio pulveris pyri jaciuntur ignium & flammarum moles. Conf. Illustr. Dn. Godofr. de Jena *de J. incendiarum C. 2.* Quæ armorum & incendiorum genera in publicis 15
locis & in armamentariis custodiuntur, hodie Arsenalibus dictis, de quibus videri potest. Guid. Panciroll. *rer. memorab. & ad eum* Henr. Salmuth. *p. m. 601. & 617.*

Ex datis supra rationibus porro elucescit, nihil vitii habere 16
incensionem navium, vel in prælio navali excitatam, vel immissis in portum hostilem navibus incendiariis factam. Quo fini classibus hodiernis adjungi solet certus incendiariarum navium numerus, die Branders oder Brand-Schiffe/ uti in vernacula appellantur. His in ipso conflictu, dum inter se concurrunt navigia, utuntur Navarchi & Gubernatores, die Schiffs-Admirale/ qvando instrumenta ac armamenta invicem corrumpere navesque adversas deprimere conantur. Videmus enim hic sæpe numero fraudes misceri virtuti, juxta illud poëtæ: dolus an virtus qvis in hoste requirat? & naves incendiarias variis ignium alimentis fartas ac repletas, misceri classibus hostium, quo ex improviso incensæ hostium classem simul, succensam Vulcano pariter atque Neptuno immolent, id qvod sæpe numero ultima pernicie ita mulctat hostes, ut omnis spes semet recolligendi ipsis præscindatur, armaqve simul deponere & bellum conficere compellantur. vid. immortalis nominis vir Stryk *in Dissert. de Navibus c. 2. § 7.* Qvamvis autem ejusmodi navium 17
incendiariarum, qvantum recordor, nulla apud Historicos antiquos tam Græcos, quam Latinos mentio fiat, (nam neque apud Rosinum *in antiquit. Rom. L. 7. C. 32. & L. 10. C. 20.* ubi tamen varias navium species recenset, neque apud Pancyrollum, qui qvadriremes &c. describit *p. 241.* neque apud Polydor. Virgil.

de rer. inventor. L. 3. Cap. 15. ulla earum veſtigia deprehendes.
Add. Joh. Schefferus *de navium variet.* & Benevent. Stracha *de*
18 *Mercat. tract. de nav. & naut. p. m. 418.)* Nihilominus tamen idem
ille hoſtibus nocendi modus jam olim fuit cognitus, & incen-
19 diorum uſum intuitu navium quoque adhibuerunt veteres. Sic
Archimedes, unicus cœli ſiderumqve ſpectator, mirabilior tamen
inventor ac machinator bellicorum tormentorum operumqve
(uti laudatur à Livio *Dec. 3. L. 4.*) beneficio ſpeculi alicujus
concavi, radios ſolis alioquin diffuſos, in ſubjectum aliquod,
flammæ capax, concentrantis, Athan. Kircher. *in arte magn.*
Luc. & umbr. & Carthes. Princ. Philoſoph. *p. 4. C. 86.* hoſtium
naves, Syracuſas Marcelli auſpiciis obſidentes, pice facile flam-
20 mam concipiente, combusſiſſe fertur, Autore Galeno. Et de
Barbaris apud Vopiſcum in Probo memoriæ proditum eſt, ipſos
in Rheno Romanas luſorias quas vocant incendiſſe. Ex quo
contra Hug. Grot. *de Jur. Bell. & Pac. Lib. 3. C. 9. th. 14.* proba-
re ſatagit Wiſſenbach. *Diſp. 39. ad ff. th. 23.* luſorias quoque na-
21 ves jure poſtliminii gaudere, qvoniam & ipſæ ad belli uſum
præparatæ, & ad limitum cuſtodiam deſtinatæ leguntur. Nam
in Rheno & Danubio excubabant. *tt. C. Theod. de luſor. Da-*
nub. add. Veget. *de re milit. L. 6. C. ult. ibi: de luſoriis, quibus in*
Danubio quotidianis utuntur excubiis, reticendum puto. Verum
hoc ſaltem incidenter.

22 Commodius hic diſquiri poſſet, an non peccet ille, qui
ut evitet hoſtium manus, ſe navemqve ſuam Vulcano conſe-
crat & incendit? Reſp. Affirm. Nam ſpeciem *αὐτοχειρίας* præ
ſe ferret, incenſo pulvere pyrio ſe ipſum interficere, qvod ta-
men eſt contra juris naturæ principia, utpote qvod vetat, alte-
rum, multominus ſe ipſum, lædere; *§. 3. Inſt. de Juſt. & J.* cum
23 ordinaria ſit, qvæ à ſe ipſo incipit charitas, & homini qvidem in
actiones, non vero in membra & vitam ſuam competat libe-
rum arbitrium. Unde ad ſupplicium pro alio ſe obligare, vel
ad membri abſciſsionem ſeſe obſtringere haud licet. arg. *l. 13. ff.*
ad L. Aquil. l. cum autem §. excipitur ff. de ædilit. edict. add. Va-
24 ler. *de Different. utriusque fori voce vim Diff. 2.* Neqve licitum
evadet

evadet simile factum, utut expressa superioris atqve Magistratus jussio adsit, wenn gleich expresse Ordre dar ist/ sie sollen sich dem Feinde keines weges ergeben/ sondern lieber Schiff und Volck lassen in die Lufft fliegen. Mandatum enim super re naturaliter illicita haud est obligatorium, licet ab ipso Principe proficiscatur, cum Deo magis obediendum sit, quam hominibus, conf. Magnif. Dn. Stryk. *in annot. ad Inst. ad §. 3. de Just. & jur. verbis alterum non lædere.* Aliud esset si incen- 25
di posset pulvis, ita ut spes elabendi adhuc superesset incensori pariter ac aliis, qui in navi degunt, tunc enim citius adhuc excusari posset tale factum, qvoniam principaliter eo ipso intenditur mors & interitus hostium, & ne incrementum capiant ipsius vires, in potestatem redacta pretiosa navi, licet per conseqventiam & ex accidenti etiam incendenti sit pereundum,
Nam ad hoc obligati sunt omnes belligerantes tenore pacti, ut 26
sc. vitam & corpus suum pro incolumitate Reipubl. periculis cunctisqve incommoditatibus exponant, & gloriosam oppetant
mortem pro salute & incremento patriæ. Quorsum spectant 27
formalia juramenti à militibus præstiti: Sie wollen dem Feinde mit Leib und Blut/ zu Wasser und zu Lande/ im Felde und Besatzungen/ in Schlachten/ Scharmützeln/ Stürmen ꝛc. tapffern und männiglichen Widerstand thun. vid. Hoyer. *in Corp. Jur Militar.* des Churfürstl. Brandenb. Kriegs-Recht. *tit. 19. art. 89. pag. 455.* Item speciale juramentum à militibus navalibus von den Matrosen præstari solitum: Sie wollen das ihnen anvertrauete Schiff ohne höchste und verantwortliche Noth nicht lassen oder übergeben/ sondern dabey/ und darauf Leib und Leben bis auf den letzten Blutstropffen aufsetzen. *id. cit. loc. p. 480.*

Vidimus hactenus, quænam sint licita incendia bellorum, 28
ex quibus facile esset formare judicium, de illis quæ communiter reputantur illicita, breviter tamen & illa perlustrare juvabit. Regulariter autem in hostem incendiis non est grassandum, nisi interdum ad terrorem, aut in vindictam crudelitatis, vel ut hostis enervetur neque habeat receptum, Besold. *in*

Thesaur.

Thesaur. pract. voce Brandschätzer. Hinc incendia & diffidationes Brand und Brandschätzen / non solum *in Const. Crim. Car. V. art. 128.* sed etiam in multis Recessib. Imperii publicis aliisque Legibus Germanorum Fundamentalibus, severe satis prohibita. conf. R. A. zu Augspurg *de anno 1555.* §. Wir sagen it. R. A. zu Regenspurg *de Anno 1594.* §. Dergleichen und dieweil add. *Capit. Leop. art. 16. & Instrum. Pac. Osnabr. art. V. verbis via facti cessante.*
30 Sed in specie militibus sub pœna ultimi supplicii interdictum deprehenduntur, in Legibus ipsorum militaribus in ihren Kriegs-Articuln / ne vel in confœderatorum, vel in hostili terra, ullum proprio motu excitent incendium, vid. *art. 59. & 60.* des Churfürstl. Brandenb. Kriegs-Rechts. *ibi*: Keiner soll sich in frembden Landen unterstehen in einer Stadt oder Dorff / vielweniger in Kirchen / Hospitalien / Schulen und Mühlen Feuer zu legen; wie auch Backöffen oder eintzig Hauß / so im Kriege dienstlich seyn kan / niederreissen ꝛc. Wer dawider handelt / der soll als ein Mord-Brenner am Leben gestrafft werden / desgleichen soll auch kein Soldat in des Feindes Landen / es sey auch an welchem Orte und Gebiethe es wolle / ohne unsern (Sr. Churfürstl. Durchl.) und des Generals ausdrücklichen und *special*en Befehl Feuer einwerffen. Welcher dawider thut / soll wegen des Schadens / Versäumniß und Nachtheil / so des Generals / und des gantzen Kriegswesen Fürhaben verhindert / als auch des Vortheils und Nutzens halber / so der Feind dadurch bekommen / mit Gefängniß / oder auch wohl gar nach der Sachen Beschaffenheit / an Leib und Leben gestrafft werden. cum qvo convenit *art. 77. & 78.* des Schwedischen *art. 122. & 123.* des Dänischen *art. 63. & 64.* des Zürchischen & *art. 14. & 15.* des Holländischen Kriegs-Rechts. *it. art. 53. & 55.* des Röm. Reichs Fußknecht-Bestallung *Maxim. II. & ejusdem* Reuter-Bestallung. *artic. 69.*

31 Et quidem significanter dicebatur, incendia spargere haud
32 esse licitum absqve Ducis consensu. Nam alias qvotidianus usus bellorum docet, esse aliqvem, qvi vocatur supremus incendiorum

diorum Magister, der oberste Brandmeister oder Brandschätzer/ qvi potestatem habet permittendorum incendiorum & pecuniæ extorqvendæ ad redimenda incendia, ita tamen ut sine mandato Supremi Ducis nihil possit incendere, nec pecuniam in casum redimendorum incendiorum extorquere, vid. Reinh. Köhnig. *in Theatr. Polit. part. 3. c. 10. n. 4. ad fin.*

Solent autem, qui ejusmodi incendia metuunt, vel prænumeratis contributionibus, vel alia ratione paciscentes cum belli Duce, impetrare ab ipso salvam gvardiam uti vocatur; Eaqve vel viva est, vel scripta. Illa qvando certus militum numerus ad locum aliqvem defendendum contra insultus hostiles mittitur, eine lebendige Salvegvarde; Hæc qvando literis manu Ducis subscriptis promittitur securitas certo loco adversus deprædationes, & incendia militum. Oportet tamen ut ad valvas domus vel portarum publice affigatur, qvo in notitiam incursantium eo melius venire possit; alias enim, qvi nescit salvam gvardiam esse in loco aliqvo, pro violatore ejus non habetur, si ignorans contra eum peccaverit *arg. l. illud. §. si tamen ff. de tribut. act.* Scriptæ ejusmodi salvæ gvardiæ iterum sunt duplicis generis, vel temporales scil. belli ducum in militia, vel perpetuæ qvales sunt Imperatoris, Regum, Electorum &c. in qvibus aliqvis cum tota sua familia in perpetuam tutelam atqve defensionem nomine Principis & Successorum ejus suscipitur. Mastrill. *Decis. 263.* Chassan. *in Catal. glor. mund. p. 5. n. 105. fol. 118.* Joh. de Nevizanis *Cons. 83. n. 5. fol. 690.* & Nicol. Boer. *Dec. 179 fol. 308.* Illæ dicuntur temporales, qvia morte naturali vel civili belli Ducis obveniente, vel dimisso ipso, wenn er abgedancket ist/ oder sein Commando sonst nicht mehr gilt/ etiam exspirat salva gvardia. Menoch. *de A. J. Q. lib. 1. q. 69. n. 5.* Durante vero salva gvardia, si qvis eam temerare præsumpserit, is non tantum criminis læsæ Majestatis reus evadit; *L. 1 §. majestatis ff. ad L. Jul. Majest.* Joh. Papon. *de sauf-conduits & d'enfrainte d'iceux.* Paul. de Castro. *consil 324. n. 9. vol. 1.* Gvid. Pap. *Dec. 418. n. 1.* Cacheran. *Decis. 88. num. 16.* sed etiam si incendendo qvid contra moliatur, incendiariorum pœnam & nomen

meretur, conf. Chassan. *de Consuet. Burgund. tit. de justices rubr.*
1. §. 1. n. 47. fol. 73. Tessaurus *Decis. 132.* Leges bellicæ ejusmo-
40 di delinqventi in genere pœnam capitalem dictitant, his verbis;
Da sich auch einer/ er sey wer er wolle/ Freund oder Feind
unsers oder unsers Generals Schutz-Brieffes und Salve-
gvarde gebrauchet/ so soll derselbe Brief in gebührlichem Re-
spect/ und so hoch als wir selbst gehalten / und so dawider
von unseren Officirern und Soldaten etwas gewaltthätiges
verübet würde/ der ungehorsame Verächter desselben an Leib
und Leben gestrafft werden. *artic. 13. tit. 3.* des Churfürstl.
Brandenb. Kriegs-Recht/ *cum quo conveniunt art. 26. tit. 4.*
Schwedischen/ *tit. 4. art. 23.* Zürchischen / *art. 15.* Holländi-
schen/ *art. 18.* Käyserl. Artickels-Brieffe & Käyserl. Reuter-
Bestallung. *art. 89.* add. Damhoud. *prax. cr. c. 109. n. 1.* & Joh.
Fab. *in Cod. L. denunciamus 4. n. 7. C. de his qui ad Eccles. con-*
41 *fug.* Neqve approbari potest factum eorum, qvi accepto pre-
tio salvæ gvardiæ, contributionibus omnibus severe satis exactis,
atqve toto populo ad incitas redacto & ad saccum qvod ajunt &
peram usqve excusso, postmodum tamen tuguriola ipsorum
42 igni in prædam concedunt, fingentes jussum regium. Nam ita
solennia belli J. Gent. reqvisita, de qvibus supra fusius actum,
nimium qvantum violant faciuntqve bella sua labore injustitia
43 ad minimum externa. Sicuti enim post gratiam factam inter-
fici neqvit captivus, nachdem ihm Qvartier gegeben/ ita nec
comburendæ civitates, qvæ semel amice receptæ. *Grot. L. 3. C.*
11. p. m. 512.

44 Improbum qvoqve & iniqvum est incendium illud, qvod
infertur hosti per emissos incendiarios, durch ausgeschickte
Mord-Brenner/ qvi eo fine mittuntur, ut flammis cuncta late
devastent. Nam licet adversus hostes cuncta liceant, excipien-
45 di tamen sunt actus, qvi sine vitio morali peragi neqveunt, uni-
co verbo: delicta sunt excipienda. v. g. violenta stupra, adul-
teria, qvibus etiam annumeramus incendia clandestina, & alia
46 ejusmodi facinora moraliter impossibilia. Ut sic falsa existat
illa multorum persvasio, qvasi bellum aperiat portam omnibus
male-

maleficiis, sitqve sentina criminum, im Kriege möge man fressen/ sauffen/ huren/ buben/ &c. Nam ubique, etiam in bello, honeste videndum & suæ qvoqve sunt bellis Leges, licet communiter in proverbio dicatur, inter arma silent Leges. Actus enim supra recensiti, extra vitam socialem sunt positi, ac proinde nullo sociali jure permitti valent. Verum ut alia mittamus, 47
de incendiis per emissarios causatis hoc loco saltem nobis agendum. Videlicet sunt consvetudines qvædam, qvæ moratiorum gentium consensu & tacita qvasi conventione invaluere, qvibus modus læsioni bellicæ ponitur, qvarum rationes seqventes ponit Excell. Dn. Becman. *in medit. polit. dissert. 23. th. 10.* (I.) 48
Respectus communis utilitatis, ac ne pericula in bellis nimium intendantur. Præsumitur enim belligerans non velle ut Respubl. hostilis penitus intereat, sed tantummodo ut in ordinem redigatur, cum juri suo prosequendo saltem intentus sit. Jam vero per incendia ejusmodi nec jus nostrum melius redditur, nec in ordinem redigitur hostis. (II.) Ratio hæc est, ne omnis 49
defendendi copia hosti adimatur. Nam sicuti privatæ lites agendo atqve excipiendo, accusando ac defendendo procedunt, ita bellicæ qvoqve controversiæ oppugnando ac defendendo agi, & demum cedendo determinari debent. Inde est, qvod in bellis hodiernis captivitati sit modus positus, qvo testemur, nos non interitum hostium, sed saltim conformitatem ipsorum qværere. Deinde fœminis, etiam infantibus, atqve arboribus parcitur, cum & defendendi copiam non habeant, & cædes ipsis illata, non spem conformitatis, sed interitum totalem hostilis Reipubl. procuret. vid. Grot. *d. Jur. B. & Pac. L. 3. cap. 13. th. 2.*
Multo minus in bellis nostris locum habet clandestina violentia veneni, das Brunnen und Wasser-vergifften/ (qvibus 50
addimus incendia clandestina, die heimlichen und tückischen Mord-Brennereyen / ruinam agrorum per sementem salis, wenn man Saltz säet/ die Aecker unfruchtbar zu machen &c.) qvia itidem talis procedendi modus interitum hostilis Reipublicæ, non conformitatis speciem præ se ferret, neqve defendendi copiam oppositæ parti permittat, cum tamen nec ipse

Deus gentibus, qvas tamen in V. T. penitus exstirpatas volebat, talia inferri permiserit, sed armata manu & aperto Marte eas vinci & deleri voluit, de qvo testatur passim liber Josuæ
51 &c. Hactenus Excellentissimus Dnus Becman. De eo disputari posset, an non contra ejusmodi hostem, qvi emissariis talibus utitur, jus retorsionis adhiberi possit, & iterum contra
52 ipsum incendiarii valeant emitti? v. g. Si Germani bello petiti ab aliqvo, sentiant incendiarios sibi multa inferre damna, an non iterum incendiarios in terras ejus destinandi jus habeant? videtur qvidem dicendum qvod sic, qvoniam ignoscendum est ei, qvi se voluit ulcisci provocatus per jus retorsionis, qvod æqvitas peperit, *L. 14. §. 6. ff. de bon. lib.* qvia vim vi repellere licet *L. 3 ff. de Just. & Jur.* & qvodcunqve juris in alium qvis statuerit, æqvum est, ut & ipse eodem jure teneatur. *juxt. rubr. ff. quod quisque juris in alium statuerit.* Hoc tamen non
53 obstante contrarium verius est, scil. in casu proposito non recte adhiberi jus retorsionis. Nam si à malis abstinendum, etiamsi bonum exinde proveniat, si malum pro malo reddere legibus Divinis interdictum. *1. Petr. 3. vers. 9. 1. Thes. 5. vers. 15.* Multo magis à delictis abstinendum, si nullum exinde bonum resultet, sed vindicta saltem indigitetur. Moraliter vero illicita esse, & contra jus gentium tendere ejusmodi incendia, su-
54 pra deduximus. Qvemadmodum itaqve maritus, cujus uxor adultera est, non recte facit si & ipse adulterio se maculet animo retorqvendi, ita & bellator non excusabitur, si contra incendia hostium illicita, illegitimis qvoqve utatur incendiis. Hoc qvidem certum est, qvod si tale qvid factum sit, eatenus excusetur retorqvens, qvod ob id nulla possit formari prætensio à damnum patiente, interim tamen peccaret damnum inferens.
55 Nam sicuti inter privatos dolus cum dolo compensatur, mutuaque delicta mutua compensatione tolluntur *arg. L. viro 39. ff. solut. matrim.* Tulden. *ad Tit. C. de injur. n. 4* & tamen Leges incurrit & pœnas à judice patitur, ita inter Illustres, si ambo belligerantes illicitis artibus uterentur, uni qvidem contra alterum nulla competeret vindicatio damni, uterque tamen jus

gentium

gentium violaret. conf. Bachov. ad Treutl. *vol. 2. Diß. 2. thes. ult. lit. E. F. G.* Wissenb. *ad ff. Disp. 14. th. 6.* Deinde in quæstione proposita supponitur casus, ubi ad bellum res jam pervenit; (quod juxta dicta superius, est legitimum Illustrium Personarum Tribunal) jam vero notum est, injuriam quam judicialiter persequimur, non amplius tolli posse per retorsionem; 56
ergo nec injuria propter qvam bellum gerimus, per retorsionem amplius tolli poterit. Deniqve etiam modus ille retorqvendi 57
adversaretur fortitudini Germanorum hactenus usitatæ, utpote qvi non dolis, sed armis, non technis, sed virtute suos devincunt hostes, quod innuit Tacitus, dum Germanos vocat, gentem ad arma natam *Hist. l. 4. C. 64. n. 3. & passim de moribus Germanorum.*

De cœtero incendium ejusmodi quacunque ratione ab ho- 58
stibus illatum, casualibus annumerandum incendiis, & tenentur hostes de damno per ignem illato, hinc conductor ut Domino damnum resarciat, nulla ratione compelli valet. *arg. l. 52. §. 3. ff. pro soc.* Alia ratio foret, si conductori inimicitia parti- 59
cularis cum aliquo intercederet, & adversarius ejus incenderet ædes conductas, tunc enim ipse conductor tanquam in culpa existens, teneretur. *arg. l. 25. §. 4. ff. locat. conduct.* Casus enim 60
fortuitus ex vero dici neqvit, qui culpam vel moram habet præcedentem *L. 3. § fin. ff. de usur. l 82. §. 1. ff. de V. O.* Mascard. *de Probat. vol. 2. conclus. 892. n. 66.* Extendit quidem id ulterius 61
Berlich. *in Conclus. pract. pag. 4. Conclus. 15. n. 69.* ut si vicinus meus inimicitias habeat cum aliquo, licet non dederit causam inimicitiæ & domus ejus ab hostibus incensa, meas quoque corripuerit, quod tum vicinus mihi teneatur, quamvis existimet mihi prius experiundum esse contra incendiarios, & si contra ipsos non habere possim regressum, quod tum in subsidium & non aliter debeam agere, contra vicinum, cujus Domus ab inimicis fuit combusta. Add. Albert *in L. 3. §. 1 ff. de Off. Præf. vigil. n. 7.* qvem sequitur Farinac. *Pr. Crim. p. 3. quæst. 110. C. 2. n. 68.* Bonifac. Vitalio. *de malef. in tit. de Incendiar. n. 2.* extra culpam enim non est, qui scit, sibi esse inimicos, & tamen

suas diligentius haud custodit, vel finem non imponit inimicitiis. Verum hoc obiter.

62 Commodius hic quæri posset, dum agimus de incendiis publica autoritate factis, An Princeps tempore calamitatis bellicæ suburbium haud procul ab urbe situm possit incendio conflagrare? Resp. affirmando, idque propter dominium eminens, quod in subditorum bona exercet sibique arrogat Imperator vel
63 Princeps, *l. 6. & l. 14. C. de Oper. publ.* & propter obligationis nexum, quo subditi tenentur succurrere utilitatibus publicis, eti-
64 am bonis suis. Enim vero an dominis ædium ex ærario vel aliunde per contributionem concivium satisfiat, ratione damni eo intuitu perpessi, magis controversum videri posset. Certe æquitatis ratio svadet, ut, si salutis publicæ ergo incensum fuerit alicujus ædificium, damnum illud compensetur, volente il-
65 lud Lege Rhodia de jactu, cujus Legis argumentum Dd. ad similes casus utiliter extenderunt *arg. l. 2. ff. ad L. Rhod. de jact.* Brunnem. *ad l. 1. d. t.* Struv. *in Synt. Jur. Civ. Exerc. 20. th. 27.* Nam quilibet civium quidem obnoxius est, ut promoveat interesse & bonum publicum etiam bonis suis, verum non solus ad id tenetur, sed cum aliis saltem concivibus suis proportionabiliter. Hinc si ad exstruendum fortalitium aliquod, adhibeatur unius privati ager aut hortus, vel si ad avertendum incendium cogatur pecunia, Wenn Brandschatzung ausgeschrieben werden / aut ad avertendum incendium ab ædibus plurium unius domus destruatur, solent reliqui cives & quorum domus hac ratione conservatæ sunt, ad contributionem & restitutionem damni adstringi & collectari, ne unius nimium sit præjudicium *l. 49. §. 1. ff. ad L. Aqu.* Tusch. *Tom. 4. pract. Conclus. tit. 1. Conclus. 67. num. 1. & seqq.* Farin. *Pr. Cr. P. 3. Qu.*
66 *110. C. 3. n. 144. & seqq.* Unde etiam Scabinos Hallenses in casu molendini incensi seqventi tenore respondisse meminimus, Wenn die Mühle der Stadt zum besten und mehrern Schaden abzuwenden in Brand gestecket / so wäre die Stadt euch den durch Abbrennunge der Mühle erlittenen Schaden zu ersetzen schuldig. V. R. W. Limitationem tamen hoc

patitur

patitur nonnullis casibus (1.) si quis spatium illud, quo ædes 67
vicinæ vel inter se vel ab operibus publicis distare debent, occupavit, *l. ult. ff. fin. regund. l. 9. & 12. §. 4. C. de ædif. privat.* quod faciunt illi, qui ad mœnia vel nimis propinqvum prope civitatem exstruunt ædificium. Quorum domus imminente bello, vel propter hostium, vel propter incendiorum metum, publica auctoritate merito destruuntur vel comburuntur. Struv. *in Dissert. de priv. ædif. th. 68.* (2) Si quis ædificium exstruxit in suburbio fortalitio 68
propinquo. Nam qui ibi ædificat, sub tacita demolitionis conditione exstruit, quod scil. appropinquante hoste iterum destruere velit taliter exstructum, ne exinde periculum immineat fortalitio. Neque etiam aliter, quam sub ejusmodi conditione permitteretur ædificatio. Qvemadmodum itaque civis aliquis, cujus domus tormentorum hostilium vi solo æquata, aut cujus ager per opera hostium, durch das approchiren / vel alia ratione est deterioratus, nullam eo intuitu damni reparationem exigere valet à reliquis suis concivibus, sed illud damnum tanquam fatale sustinet, re suo domino pereunte; *l. 6. C. de pign. act. l. 1. C. de pos.* ita nec is, cujus domus in suburbio fortalitii incendio combusta, qvicqvam à reliquis recuperare valet, quia scit vel scire debet, ejusmodi casibus subjecta esse suburbia fortalitiorum.

Quæ hactenus de ædificiis & suburbiis dicta, eadem 69
quoque ad pontones ac pontes propter identitatem rationis optimo jure extendi valent. Nam & hos ingruente necessitate ad prohibendum hostem transitu, incendi, quotidiana docet experientia, Brücken werden angestecket um dem Feinde den Paß zu verwehren. Hinc Ancus Martius famosi istius Subli- 70
cii Pontis in civitate Romana autor, ex nulla alia ratione totum ligneum in Tybri exstruxit istum pontem (à sublicibus & magnis trabibus ita dictum) absque clavo ferreo, quam ut belli temporibus eo facilius adimi posset. Liv. *l. 1. C. 33.* Dion. Halicarn. *L. 3. c. 58.* (quamvis postea eundem pontem lapideum fe- 71
cerit Æmilius Lepidus Quæstor, à nomine suo Æmilium nuncupatum, donec tandem ab Antonino Imperatore marmoreus

red-

redditus. Alexand. ab Alex. *Genial. dier. L. 2. C. 8. p. 64. lit. A.* &
72 Blondus *L. 1. Roma instaurata.*) Si ergo casus contingeret pontem ad arcendam vim hostilem esse incensum, non solum licitum erit ejusmodi incendium, sed etiam refectio incumbet illis qvi sunt de Republica, si scil. pedagia ad omnimodam refectionem haud sufficiant. vid. Brunnem. *ad l. 14. ff. de vacat. & excusat. munerum n. 2.* Peretz. *ad tit. C. de oper. publ. n. 11.*

73 Ulterius disquiro, anne licitum sit ædes aut alias res mobiles pestilentia infectas sine vitio incendiarii comburere? Resp.
74 privato illud jus nullatenus competere *arg. l. 8. pr. ff. de relig. & sumpt. fun.* Si secus factum fuerit, domino ædium ad compensationem damni atqve ad omne interesse, tenebitur incen-
75 sor. Dec. *Consf. 651.* vid. Reyger. *in Thesaur. voc. pestis.* Alia ratio in Principe vel Magistratu, qui autoritate publica interposita decernere possunt combustionem rerum peste infectarum. Licet enim Princeps jus quæsitum nemini auferre soleat, *arg. l. nec avus. 4. C. de emanc. lib.* Did. Covarruv. *variar. resolut. lib. 5.* Burs. *Consf. 54.* Ex justa tamen causa utilitatis publicæ id potest. *arg. l. 3. ff. de Off. Prætor.* Dec. *Consf. 287. n. 4.* Rom. *Consf. 310. n. 2.* quorsum etiam refero jussum de comburendis ædibus & mobilibus pestilentialibus, *arg. l. 7. §. 4. ff. quod vi aut clam.* add. Herm. Latherus *de censf. l. 1. c. 17. n. 18.* & Ludov. Pegvera *quæst. crim. 8.* præprimis cum ejusmodi res Dominis magis, quam aliis perniciosæ esse soleant. Speidel, *voce* Peste. & licet hæc ratio deficiat, summum jus tamen exigit, ut favor publicus privatæ utilitati præferatur *l. 3. §. 15. ff. de SCto Sylan. l. 3. C. de primip. lib. XII. l. un. §. 14. C. de caduc. tollend.* Hinc
76 in populo Israelitico receptum legimus, ut si de lepra perspicue constaret, leprosi vestimenta igne consumpta fuerint, domus vero ejusdem intus abradebatur pulvere rasuræ extra civitatem sparso, deinde novo luto sive cæmento illiniebatur domus, quod si vero tum reverteretur lepra, destruebatur domus omnisque materia in lacum impurum extra urbem & mœnia projiciebatur. vid. *Gloss. in c. 60. de pœnit. dist. 1.* add. Speckhahn. *Qu. 10. cap. 1. num. 12.*

77. Unicum

Unicum adhuc præsenti cap. discutiendum restat. Af- 77
sertum fuit in præcedentibus numeris, licitum esse in bellis & obsidionibus incendio cogere obsessos ad deditionem, unde non in congrue hic disquiri posse censeo, anne idem jus vastandi & incendendi ad ædes sacras quoque semet extendat?
Respondet Grot. *de J. B. & P. lib. 3. cap. 5. th. 2.* Jus Gen- 78
tium merum non excipere, quæ Diis dicata sunt, juxta illud Pomponii Jurisconsulti: *in l. cum loco ff. de relig. & sumpt. fun.* cum loca capta sunt ab hostibus omnia desinunt sacra esse. Unde & populus mutata voluntate potest ex sacro profanum facere *l. inter stipulantem. §. sacrum l. continuus. §. cum quis ff. de V. O.* adeo ut in ipsa simulachra, quibus Numen aliquod
inesse fallo creditur, idem liceat. Sic Judæis non solum per- 79
missum, sed etiam præceptum legimus, Gentium simulachra abolere *Deut. 7. vers. 5.* & templa aliquot profani cultus à Maccabæis incensa esse refertur *1. Maccab. 5. & 10.* Alia ra-
tio foret, si res quædam sacræ existerent unde nullum hosti im- 80
mineret periculum, tales enim conservari rerum divinarum reverentia suadet, præprimis inter eos, qui eundem DEUM ex eadem Lege colunt, etiamsi forte sententiis quibusdam aut ritibus aut ceremoniis dissideant Grot. *L. 3. cap. 12. th. 6.* Christianus igitur cum Christiano bello decertans, non adeo pie faceret, si ab ædibus sacris haud abstineret, nisi forte obsidione cincti abutantur turribus ac templis, dum obsidentes ex iisdem sclopetis petunt, wenn sie aus den Thürmen Battereyen machen/ vel nisi obsidens eo fine saltem incenderet templa, ut ad dedendos se eo magis impelleret obsessos, vel eo animo ac intentione, ut comptiores restituat domus DEO dicandas.
Quæ de sacris hactenus dicta, eadem ad religiosa loca exten- 81
dit Grot. *cit. loc.* ad quem brevitatis studio nosmet remittimus.

CAPUT III.
De
POENIS INCENDIARIORUM.

SUMMARIA.

1. *Connexio.*
2. *Olim licita fuere incendia.*
3. Vom Faustrecht *remissive.*
4. *Judicia in Germania constituta.*
5. *Hodie via facti cessat in Germania.*
6. *Pœna contra incendiarios statuta & quidem ultimum supplicium.*
7. *De incendiariis conductis.*
8. *Capti ex incendiariis non habentur pro captivis belli.*
9. *& 10. Non excusat incendiarium jussus superioris.*
11. *& 12. Mandatarius punitur, etiamsi parere necessum habeat.*
13. *LLus XII. tabb. obtinet pœna ignis.*
14. *& 15. Varia LLum pœna.*
16. *Pœna ignis justa est.*
17. *Non tamen per modum talionis debetur.*
18. *In pœna hujus delicti dist. an in civitate, an extra eam incendium factum.*
19. *Item an à vili, utrum honestiori persona excitatum.*
20. *& 21. Non autem distinguendum inter magnum & parvum damnum causatum.*
22. *Applicantur pœna ad dictas distinctiones.*
23. *24. 25. Distinctiones illa per Const. Crim. non abrogata.*
26. *Constitutio Crim. est lex nova & generalis.*
27. *Interpretanda E. juxta speciales LL Romanas.*
28. *In pœnis uniformibus cessat respectus personarum.*
29. *Qui in civitate incendit gravius delinquit.*
30. *J. Sax. incendiariis dictatur pœna rota.*
31. *Incendium J. Sax. ad atrocissima delicta refertur.*
32. *Verba J. Sax. civiliter interpretanda.*

33. 38.

75. *Furiosus, licet sanus deliquerit, non plectitur.*
76. *Furiosus non sentit se puniri.*
77. *De pœnis aliis remissive.*
78. *Incendiarius non succedit in fideicommissis.*

1 QVoniam pœnis contra incendiarios statutis hoc caput destinatum est, breviter de iis saltem agemus. Ubi tamen in antecessum præmonendum duximus, apud Germanos
2 veteres non adeo prohibitum fuisse, ultore ferro & flamma inimicos prosequi. Tantum enim abest, ut priscis seculis pœna viæ facti fuerit statuta, ut potius optimo jure usum crediderint eum, qui jus suum violento modo prosequebatur, nehmlich zu den Zeiten/ da das Faust- und Kolben-Recht noch im Schwange gieng. Phil. Comin. *lib. 10. de rebus gestis Ludovici XI. in fin.*
3 Hinc denunciatione triduo ad minimum ante invasionem facta, putabant sibi licitum esse, adversarium armis exuere, ædes ipsius expugnare, spoliare & incendere, de quo graviter suo ævo con-
4 questus Petr. de Andlo *lib. 2. c. 16. de Rom. Imp.* Successu temporum autem, cum cultiores esse inciperent Germanorum mores, barbarus ille procedendi mos ipsis displicere incepit, graviterque in aliquot Imperii conventibus publicis conqvesti leguntur dicti Imperii cives, de nimia illa, quæ Alemanniam misere distraheret violentia, usque dum tandem Imperante Maximiliano I. Cæsare, in Diæta universali Wormatiæ anno 1495. unanimi totius Senatus suffragio constituta fuerunt judicia, & Lex Friderici de incendiariis & violatoribus pacis publicæ iterum revocata & confirmata, atque ex veteri illo bellandi more crimen publicum est factum, gravissimaque isti delicto pœna statuta. vid. *Recess. Imper. de Anno 1495. verb.* Also/ daß von Zeit dieser Verkündigung/ niemand von was Wesen/ Würden oder Stand er sey/ den andern befehden/ bekriegen/ berauben/ fahen/ überziehen oder belagern soll/ auch durch sich selbst oder niemand anders von seinentwegen nicht dienen/ noch auf einem Stadt/ Schloß/ Marckt/ Befestigung / Dörffer/ Hoff oder Weiler absteigen/ oder ohne des andern Willen

mit

mit gewaltiger That freventlich einnehmen oder gefährlichen mit Brand oder in andere Wege dermassen beschädigen soll ꝛc. Et paulo post: Die sollen mit der That von Recht zusammt andern Pönen in unserer und des Reiches Acht gefallen seyn/ die wir auch in unsere und des H. Reichs Acht erklären und erkennen/ also daß ihr Leib und Gut allermänniglichen erlaubet/ und niemand daran freveln oder handeln soll oder mag. add. *Ord. Cam. p. 2. T. 9.* & Gail. *de pace publ.*

Unde apparet qvod inter Germanos omnis via facti exulare debeat, conf. *art. 13. cap. Josephi.* dum præter severissimas contra incendiarios Jure Romano statutas pœnas (de quibus vid. *t. t. ff. & C. ad L. Jul. de vi publ.*) etiam in Legibus Imperii pœna Banni ipsis est decreta. Conf. *Rec. Imp. de An. 1500. Augustæ, de An. 1521. Wormatiæ &c. habiti.* & Carpzov. *in Pr. Crim. p. 1. qu. 35. per tot.* Alibi pœna ultimi supplicii dictatur incendiariis, quæ etiam obtinet contra eos, qui publica autoritate emissi tanquam incendiarii, pretio ad id conducti, ut ferro ac flamma miseriam inferant indigenis hostilis territorii. Tales hactenus à Turcis in Hungariam, à Gallis vero in Germaniam immissos passim deprehendimus, notique satis sunt hoc ævo ipsorum ductores la Brosse, Melac & alii, ex qvorum consortio si qui capiantur, non habentur pro captivis belli, sed pro delinquentibus, pro criminosis & pœnam capitalem promeritis, quam etiam teste experientia sentiunt.

De eo tamen disputari posset, an non excuset ejusmodi homines jussus superioris? Videtur quidem dicendum quod sic, quoniam qui parere necessum habet, caret non solum dolo, *l. 176. §. 1. ff. de R. J.* sed etiam liber est ab omni culpa, *L. 169. ff. eod. tit.* Verum hoc non obstante contrarium tamen verius est, quoniam actus, quem in casu proposito injungit superior, nimirum incensio bonorum innocentis, est intrinsece malus sive contra jus naturæ vel gentium, & sic exequens non potest non in mala fide existere, dum vel aucupandæ gratiæ ergo, vel ad augendam fortunam suam, turpi promptitudine blandiens tyranno, serviliter expedit actum Legibus interdictum, cum ta-

men sciat vel scire debeat, DEO magis obediendum esse, quam imperio iniqui rerum Moderatoris. vid. Molin. *de J. & J. Tom.*
11 *4. tr. 3. disp. 3. & T. 3. tr. 2. disp. 363.* Hinc Regula in contrarium allegata ita limitanda: quod is, cui parendi gloria relicta, immunis sit à pœna in levioribus vel extrinsece saltem malis, non in gravioribus delictis ac contra jus naturale tendentibus. Nam sicuti potestas privata semper subordinata esse debet publicæ;
12 ita publica cedat oportet divinæ. Mandatarius itaque hic gravi supplicio afficiendus (in atrocioribus scil.) non obstante, quod parere necessum habuerit. *L. 3. §. item cujus. l. nihil est 15. ff. ad L. Cornel. de Sicar. L. 6. C. de his quib. ut indign.*

13 Sed ut ad ipsum pœnæ genus tandem deveniamus. Notissimum est à primis Legum Romanorum incunabulis, jam tum pœnam ignis obtinuisse contra dolosos incendiarios, quia Legibus XII. Tabb. eadem dudum invaluerat, his verbis: *Qui ædes acervumque frumenti ad ædes positum dolo malo sciens incendit, vinctus, verberatus, igni necatur.* vid. Jac. Gothofr. *in*
14 *XII tabb. fragm. tab. 7.* postea eadem pœna in aliis Legibus repetita: vid. *l. qui ædes 9. ff. de incend. ruin. & naufrag. L. Saccularii ff. de extraordin. crim. l. 10. ff. ad L. Corn. de Sicar. l. 28. §.*
15 *incendiarii ff. de pœn.* Vel etiam novæ pœnæ substitutæ deprehenduntur, uti dilaceratio bestiarum, decollatio, furca, condemnatio in metallum, deportatio &c. *gl. in l. dam opera. C. qui accus. non poss. l. fin. ff. de incend. ruin. naufr.*

16 Et quidem, quantum ad pœnam ignis, non inconveniens est isti delicto pœna, ut scil. igni pereat, qui aliena igne con-
17 sumpsit. Cujac. *ad l. 11. C. de his qui accus. non poss.* Existimant quidem alii inter quos etiam Wesenbec, quasi Jure talionis dictetur vivi comburium incendiario, verum hoc non est, quia talio similitudinem requirit inter objectum delicti & inter subjectum pœnæ, id quod hic deficit. Nam talio quidem foret, si ei qui alienas ædes incendit, suæ iterum incendantur, non ut ipse consumatur incendio, cum alias illud absurdum inde sequeretur, quod qui alterius bestiam percussit ferro, dici posset talionem fecisse, si iterum ferro percutiatur, quod absque insigni

talionis

talionis abusu haud fieret. Illust. de Jena *de incend. dolos. Capitis III. c. 21. n. 10.*

In ipsa autem pœna infligenda probe distinguendum (1) 18
an intra oppidum excitatum fuerit incendium ac inter contigua ædificia, utrum vero ruri & in domibus sive horreis solitariis, quam distinctionem fundamus. *in l. ult ff. de incend. ruin. verb. incendium in civitate l. 28 ff. de pæn. verb. qui vero causam aut villam &c.* Cujac. *Obs. lib. 21. c. 20.* (2.) an delinquens sit vi- 19
lis persona atque ex fæce plebis, utrum vero egregius sit aut in dignitate constitutus, quæ diversitas multum facit ad variandam pœnam, arg. *l. 12. ff. de incend. ruin. naufr. l. 3. §. 5. ff. ad L. Corn. de Sicar.* Addunt quidem nonnulli tertiam distinctionem. Ni- 20
mirum inspiciendum quoque esse, utrum magnum sit, quod excitatum est incendium, an parvum. Berlich. *P. 4. Concl. 24. n. 21. & seqq.* Verum quoniam istius distinctionis nullum vestigium 21
apparet in Legibus Romanis, & notum satis est, etiam solum conatum vivicremio puniri (juxta dicenda inferius) multo magis ergo mereri istam pœnam, qui actu jam tum incendit, licet modicum saltem damnum dederit, ideo inquam distinctionem illam nostram haud facimus, & duas priores solummodo retinemus, ratione pœnæ ita statuentes: Incendium aut in civitate 22
causatum, aut extra eam. Priori casu si damnum datum à persona altiori, deportatio obtinet *l. ult. ff. de incend. l. 3. §. 5. ff. ad L. Corn. de Sicar. l. 16. eod.* si à persona honestiori gladius *dd. LL.* si ab humiliori, dilaniatio bestiarum sibi locum vendicabit, aut ignis; *l. 28. §. 12. ff. de pæn. l. 9. ff. de incend.* Posteriori casu, si extra urbem simile delictum commissum, pœna arbitraria, pro diversitate tamen personæ delinquentis ac damni dati varia, dictabitur *per all. text.*

De eo saltem disquiritur: An non hisce distinctionibus 23
derogatum sit, per generalem Constitutionis Criminalis dispositionem, dum Carolus V. Imperat. *in art. 125. d. Const.* generaliter asserit, incendiarios dolosos pœna ignis afficiendos, verbis Germanico idiomate ita sonantibus: Item / die boßhafftigen überwundenen Brenner sollen mit dem Feuer vom Leben zum

Tode

24 Todt gerichtet werden? Respondemus : Multos quidem esse in ea sententia, quasi Imperator per illam verborum generalitatem, omnes distinctiones supra laudatas voluerit sublatas, vid. Zieritz & Matth. Stephan. *ad d. art. 125. Const. Crimin. in fin.*
25 Verum si penitius inspiciamus negotium, contrarium non veritati solum, sed & æquitati magis convenire deprehendemus.
26 Sanctio quippe Carolina ad novas Leges pertinet, quarum natura hæc est, ut veterum jurium dispositionem per solam generalitatem non tollant, hinc quod specialiter lege nova non est expressum, illud veterum Constitutionum Legumque regulis manet obnoxium. *l. 33. §. ult. C. de appellat.* quod enim abrogatum non est, qvare stare prohibeatur ? *l. 27. C. de Testam.*
27 Unde sequitur generalem Nemesis Carolinæ dispositionem, juxta specialis Juris Cæsarei distinctiones esse interpretandam, cum alias neglecto respectu personarum, si pœnæ juxta nudam proportionem Arithmeticam infligerentur, magna exinde oriunda esset inæqualitas, si scil. nobilis, in qvo tamen major sensus pœnarum est, æqve duriter plecti deberet, quam rusticus, aut plebejus, vel servus, qvi præter vitam nihil habet quod amittat, & sic solo metu mortis in officio contineri potest, cum ex adverso in dignitate constitutus alia habet, quæ perdat & quorum beneficio in virtutis & recti tramite valet conservari, uti sunt
28 bona, fama, honor, &c. Non obst. quod in pœnis uti vocantur uniformibus, omnis respectus personarum exculet, nam hoc dubium petitionem principii involveret, quoniam in eo cardo qvæstionis vertitur, an scil. per Const. Carol. uniformis pœna indigitata fuerit, cum tamen Jure Romano eadem admodum difformis & varia fuerit, pro diversitate personarum. Nos vero ex data supra ratione æquitatis jam tum adstruximus, vix præsumendum esse, qvod Carolus V. per generalem suam dispositionem, distinctiones antea enumeratas, æqvitati naturali innixas, voluerit abrogatas, præprimis cum negari nequeat, eum
29 qvi in civitate famosum excitat incendium, multis innocentibus nihilqve mali de delinqvente promeritis ipsiqve publico nocivum, longe improbiorem esse, qvam eum, qvi casam aliqvam

qvam

qvam inimici sui saltem incendit damnumqve unius tantum intendit. Jam vero in levioribus causis proniores ad lenitatem judices esse debent, in gravioribus pœnis severitatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi *l. 11. ff. de pœn.*

In Saxonia qvidem loco ignis dictatur incendiariis pœna rotæ. vid. Land-R. *c. 2. art. 13. ibi:* Alle Mörder und die den Pflug berauben/ oder Mühlen/ oder Kirchen und Kirchhöfe/ oder Verräther und Mord-Brenner/ die ihres Herrn Bottschafft werben zu ihren frommen oder eines andern wegen/ die soll man alle Radebrechen. In eo tamen convenit Jus Saxonicum cum Jure Civili, quod crimen incendii inter atrocissima referat delicta, duroque mortis genere illud plectat, item quod non indifferenter cuilibet incensori æqve duram pœnam infligat, sed pro circumstantiarum & personarum diversitate leviorem, sc. decapitationem, in *seqq. d. §. verbis:* Die einen Mann schlagen/ oder fehden/ oder berauben/ oder brennen sonder Mord-Brand/ den soll man alle die Häupter abschlagen. Augustus tamen Elector Saxon. *in Novell. Const. p. 4. Constit. 17.* approbavit & confirmavit pœnam ignis Jure Civili & Carolino statutam. Andr. Rauchbar. *Quæst. J. Civ. p. 2. n. 7.* Quamvis generalia ista verba, für Mord-Brennern zu achten und mit dem Feuer gestraffet werden möchten/ ad instar verborum Constitut. Crimin. Caroli V. civiliter interpretanda putemus, ita ut datas supra distinctiones iisdem adhibendas opinemur. vid. Theodoric. *in Colleg. Crim. Disp. 7. th. 8. lit. D.*

30

31

32

Ex dictis satis elucescit, omnes quidem incendiarios pro re nata sustinere pœnam ignis, eos tamen qui famosi vocantur interdum durius plecti, quam simplices. Famosi enim sine ullo discrimine damni secuti, ob perfectum æque ac attentatum delictum, si scil. ad actum proximum pervenerint igne cremari, sin vero ad nullum actum proximum processerint, sed in simplicibus conductionis ac diffidationis terminis persistiterint, gladio ferri jubentur. *in Const. Elect. Saxon. 14. & Const. 17. d. part. 4.* Idque non solum ob gravitatem (uti ex Damhoud. in-

33

34

35

sit. Theod. *c. l.*) dolosi hujus incendii per se, tum respectu communis societatis, ad quam plane subvertendam bonis deperditis cumprimis directum est, tum respectu privatorum hominum, quorum sæpe numero ingens multitudo ad extremam immerito redigitur paupertatem, tum denique respectu finis, qui non ut in aliis delictis vel commodum vel voluptatem aliquam exspectat, tendens ad multorum interitum ex mera invi-
36 dia & nocendi libidine; sed etiam ob alia plura, quæ ibidem concurrunt atrocia scelera: veluti assassinium, homicidium, diffidatio, qva pax publica communitatis læditur & interdum etiam deprædatio, quæ singula delicta solitarie considerata
37 per se gravissimas mortis pœnas promerentur. Insuper ejusmodi incendiarii non male dolosis æquiparari possunt latronibus. Quemadmodum enim de his dicitur, quod homines non solum in bonis, sed etiam in personis affligant. *c. suscepimus. x. de homicid. Can. cum homo. cap. 23. quæst. 5.* item quod per horum mortem multorum salus & incolumitas procuretur *l. provinciarum. C. de feriis.* & per consequens jura hos majori odio & supplicio prosequuntur, quam simplices latrones; *auth. de novo. C. de serv. fugitiv. l. 28. ff. 15. de pœn.* Ita quoque omnia illa famosis incendiariis optime applicari valent, ut proinde & ipsi famosorum latronum exemplo, graviori ani-
38 madversione veniant coercendi. Simplices è contrario incen-
39 diarii svadentibus id circumstantiis, gladio puniri possent, quamvis Carpzov. *in Prax. Crim. pag. 1. qu. 38. num. 15.* generalem ponat regulam consvetudine suffultam, qua incendiarios
40 cremandos esse asserit, idemque extendit (1) ad omnis generis incendiarios, cujuscunqve conditionis vel status existant, Tiber. Decian. *Conf. 57. num. 12. vers. quis enim omne dicit. l. 1.* sive sint masculi, sive fœminæ. Modest. Pistor. *Conf. 6 num. 13. l. 1.* Nam fœminis quidem ob sexus fragilitatem in multis juris articulis succurrunt leges, in pœnis tamen ordinariis infligendis atque in delictis contra jus naturæ perpetratis, nullo privilegio gaudent. Farin. *pag. 3. oper. crim qu. 98. num. 1.* Sfortz. Oddus *de restitut. in integr. pag. 1. quæst. 10. art. 5.* sive

nobil

nobiles sint, sive ignobiles. Dan. Moller. *L. 4. Semestr. 31.* Andr. Rauchb. *d. qu. 10. n. 7. in fin.* (2.) Ad incendium quovis in lo- 41
co perpetratum, sive in civitate, sive extra eam, quia in hoc delicto non tam ad quantitatem, quam ad qualitatem delicti respiciendum. Carpzov. *cit. l. num. 30.* unde porro infert, ean- 42
dem pœnam obtinere, sive ædificium ad habitationem, sive ad usus rusticos destinatum v.g. Fœnile, eine Heuscheune / aut Torcular eine Weinpresse / vel aliæ res v. g. ligna aut frumenta fuerint incensa, in quo puncto tamen dissentit Berlich. *c. l. num. 43.* qui tali casu, si vel meta fœni, vel pali lupulorum, vel acervus ligni fuerit incensus, extraordinariam pœnam dictatam perhibet à prudentibus. (3.) ad damnum quodlibet per incen- 43
dium causatum, sive illud magnum sit sive parvum, eodem modo sicuti in latrocinio ad augendam vel minuendam pœnam, non tam respicitur ad quantitatem rerum ablatarum, quam ad intentionem nefandam atque ad detestabile delinquentis factum. Hinc eandem pœnam, juxta assertum Carpz. merebi- 44
tur ille, qui incendium excitavit, licet ignis eodem momento quo urere cœpit, iterum extinctus fuerit. Nec quicquam fa- 45
ciet, si reus ad effugiendam pœnam ordinariam restituere damnum illatum paratus sit. Cum in genere verum sit, quod 46
transactio vel remissio à delinquente facta, nihil vindictæ publicæ derogare valeat. *l. 2. C. res inter alios acta.* Gœdd. *ad l. 131. ff. de V. S. n. 13.* De eo saltem quæstio formari posset, an 47
eandem pœnam incurrat, qui proprias suas incendit ædes? videtur statuendum quod non, quia quilibet rerum suarum liber moderator ac arbiter. Hoc tamen non obstante, quia alias 48
ad palliandam iniquitatem suam & ad evitandam pœnam ordinariam, malevoli incensores possent initium incendii à propriis ædibus facere, atque hac ratione pœnæ semet subducere, quod tamen non ferendum, præprimis si appareat, aliquem eo malitiæ processisse, ut etiam cum proprio suo detrimento aliis nocere velit, ubi tenebitur, licet ignis non ulterius processerit, sed solas tantum incendiarii ædes absumpserit. Præjudicia eam in rem recenset Carpzov. *c. l. num. 47.* (4.) Ad mandantes, 49

sive conductores quoniam hic versamur in materia delicto-
rum, ubi mandans & mandatarius, conductor atque locator
pari pœna tenentur. Tiber. Decian. *in Tr. crim. lib. 9. cap. 37.*
num. 1. & quod quis per alium facit, id ipse fecisse putatur *c.*
27. d. R. J. in 6to. l. 3. l. 5. ff. ad L. Corn. de Sicar. l. 6. C. de his quib.
50 *ut indign. l. 5. C. de accusat. l. 37. ff. ad L. Aquil.* Imo man-
dans tripliciter quasi delinqvit, scil. in se, in mandatarium, &
in eum, cui nocet per incensionem, Cœpoll. *Cons. 34. num. 48.*
Mascard. *de probat. l. 2. Concl. 1012. num. 1.* Jul. Clar. *in pract. §.*
51 *fin. qu. 90. num. 1.* Oportet autem ut mandans vel conductor,
de qvo hic agimus, talis existat, qui actione pulsari valet, alias
enim frustra de pœna disquisitio institueretur, nasci tamen in-
de posset causa belli, si Princeps vel Rex alterius possessiones
incendi juberet, de qvo ex parte in antecedentibus actum. (5)
52 Ad eos incendiarios, qui ab aliis offensi vindictæ animo incen-
dunt. Licet enim ignoscendum sit ei, qui se voluit ulcisci pro-
vocatus, illud tamen procedit saltem in crimine homicidii ubi
invasus cum internecione alterius semet descendere valet, non
in aliis delictis v. g. in atrocissimo incendii delicto, utpote qvod
offensioni præcedenti nullatenus respondet.

53 Ampliationes modo enumeratas ideo adducere placuit,
quoniam si in genere in omnibus ac in simplicibus quoque in-
cendiariis istam pœnam approbavit consuetudo, eandem quo-
que multo magis approbare tenebitur in famosis incendiariis.
54 Qvemadmodum enim hos gravius delinquere, statuit Car-
pzov. *cit. l. num. 50.* ita quoque graviori pœna eos dignos es-
55 se admittere debet. Eaque occasione quæri posset, an non
contra incendiarios in maxima copia emissos, uti liceat imma-
nissimis cruciatibus & suppliciis crudelissimis? Sane, si freqven-
tiam delicti hujus hoc ævo admodum usitati, si malitiam feri-
tatemque hominum isti crimini studentium damnaque & mise-
rias innumeris iisque innocentibus Germaniæ civibus causatas
perpendimus, non adeo iniqvum judicari posset, si præter acer-
bissima hucusqve adhibita cruciatuum genera, nova excogita-
rentur tormenta ad deterrendos malevolos & pessimos homi-
nes

nes à delicto, à quo ipsos nec virtutis amor, nec conscientia recti repellit. Vincit tamen has rationes Christianorum pie- 56
tas, qui corpora delinquentium ita punire solent, ne animas simul perdant. Hinc abstinent ab illis suppliciorum generibus, quæ pedetentim & lenta morte exanimant facinorosos, & quæ ad desperationem quasi inducunt plectendos, ut in consortium dolorum vocent malignum spiritum. Talia supplicia com- 57
muniter sunt das Vermauren/ das Zergliedern/ das Sieden in Oel/ das Spiessen/ & si quæ sunt alia ultra humanum modum torquentia noxios, quæ proinde contra incendiarios dolosos adhibere iniquum putaremus, quamvis ob atrocitatem 58
criminis, communem formam in procedendo, judicando sive puniendo transgredi possit judex, exacerbata paulisper pœna ordinaria. Conf. Jul. Clar. *l. 5. §. 1.* Moller. *lib. 3. semestr. 17.* Carpz. *p. 3. qu. 102. pr. crim.*

Restat ut de cessante vel mitiganda pœna incendiario- 59
rum agamus. Nullum enim ferme delictum existit, quod licet ordinariam pœnam in LL. statutam habeat, non interdum locum faciat vindicationi extraordinariæ, idque pro diversitate circumstantiarum & delinquentium. Inter incendiarios autem (1.) impunis est infans, qui nondum fari novit & 60
nondum attigit annum ætatis septimum *l. 18 C. de Jur. delib. l. 1. pr. ff. de V. O.* Nam deficit in ipso deliberatio, consilium, proœresis & dolus, sine quibus tamen delictum perpetrari haud potest. Ac licet ex aliquibus infantum actibus ipsis 61
prudentiam aliquam & intellectum adstruere nonnulli velint, illorum tamen argumenta tanti ponderis haud sunt, ut ob incendium eos tanquam incendiarios plectendos statuamus, add. Farin. *pr. crim. pag. 3. qu. 92. num. 47. & seqq.* (2.) Infantiæ 62
proximus, quam ætatem in masculis ad decimum, in fœminis ad nonum annum se extendere, tradit Farin. *c. l.* Ille enim, ob immaturum adhuc quo pollet judicium, nec delicti capax est, nec culpæ, ergo nec pœnæ reus esse valebit. Unde etiam in atrocissimis usu fori regul. impunitatem ejusmodi personis decerni, autor est Matth. Coler. *p. 1. D. 182.* add. Menoch.

75. *Furiosus, licet sanus deliquerit, non plectitur.*
76. *Furiosus non sentit se puniri.*
77. *De pœnis aliis remissive.*
78. *Incendiarius non succedit in fideicommissis.*

1 QVoniam pœnis contra incendiarios statutis hoc caput destinatum est, breviter de iis saltem agemus. Ubi tamen in antecessum præmonendum duximus, apud Germanos
2 veteres non adeo prohibitum fuisse, ultore ferro & flamma inimicos prosequi. Tantum enim abest, ut priscis seculis pœna viæ facti fuerit statuta, ut potius optimo jure usum crediderint eum, qui jus suum violento modo prosequebatur, nehmlich zu den Zeiten/ da das Faust- und Kolben-Recht noch im Schwange gieng. Phil. Comin. *lib. 10. de rebus gestis Ludovici XI. in fin.*
3 Hinc denunciatione triduo ad minimum ante invasionem facta, putabant sibi licitum esse, adversarium armis exuere, ædes ipsius expugnare, spoliare & incendere, de quo graviter suo ævo con-
4 questus Petr. de Andlo *lib. 2. c. 16. de Rom. Imp.* Successu temporum autem, cum cultiores esse inciperent Germanorum mores, barbarus ille procedendi mos ipsis displicere incepit, graviterque in aliquot Imperii conventibus publicis conqvesti leguntur dicti Imperii cives, de nimia illa, quæ Alemanniam misere distraheret violentia, usque dum tandem Imperante Maximiliano I. Cæsare, in Diæta universali Wormatiæ anno 1495. unanimi totius Senatus suffragio constituta fuerunt judicia, & Lex Friderici de incendiariis & violatoribus pacis publicæ iterum revocata & confirmata, atque ex veteri illo bellandi more crimen publicum est factum, gravissimaque isti delicto pœna statuta. vid. *Recess. Imper. de Anno 1495. verb.* Also/ daß von Zeit dieser Verkündigung/ niemand von was Wesen/ Würden oder Stand er sey/ den andern befehden/ bekriegen/ berauben/ fahen/ überziehen oder belagern soll/ auch durch sich selbst oder niemand anders von seinentwegen nicht dienen/ noch auf einem Stadt/ Schloß/ Marckt/ Befestigung / Dörffer/ Hoff oder Weiler absteigen/ oder ohne des andern Willen

mit

mit gewältiger That freventlich einnehmen oder gefährlichen mit Brand oder in andere Wege dermassen beschädigen soll ꝛc. Et paulo post: Die sollen mit der That von Recht zusammt andern Pönen in unserer und des Reiches Acht gefallen seyn/ die wir auch in unsere und des H. Reichs Acht erklären und erkennen/ also daß ihr Leib und Gut allermänniglichen erlaubet/ und niemand daran freveln oder handeln soll oder mag. add. *Ord. Cam. p. 2. T. 9.* & Gail. *de pace publ.*

Unde apparet qvod inter Germanos omnis via facti exulare debeat, conf. *art. 13. cap. Josephi.* dum præter severissimas contra incendiarios Jure Romano statutas pœnas (de quibus vid. *t. t. ff. & C. ad L. Jul. de vi publ.*) etiam in Legibus Imperii pœna Banni ipsis est decreta, Conf. *Rec. Imp. de An. 1500. Augustæ, de An. 1521. Wormatiæ &c. habiti.* & Carpzov. *in Pr. Crim. p. 1. qu. 35. per tot.* Alibi pœna ultimi supplicii dictatur incendiariis, quæ etiam obtinet contra eos, qui publica autoritate emissi tanqvam incendiarii, pretio ad id conducti, ut ferro ac flamma miseriam inferant indigenis hostilis territorii. Tales hactenus à Turcis in Hungariam, à Gallis vero in Germaniam immissos passim deprehendimus, notique satis sunt hoc ævo ipsorum ductores la Brosse, Melac & alii, ex qvorum consortio si qui capiantur, non habentur pro captivis belli, sed pro delinquentibus, pro criminosis & pœnam capitalem promeritis, quam etiam teste experientia sentiunt.

De eo tamen disputari posset, an non excuset ejusmodi homines jussus superioris? Videtur quidem dicendum quod sic, quoniam qui parere necessum habet, caret non solum dolo, *l. 176. §. 1. ff. de R. J.* sed etiam liber est ab omni culpa, *L. 169. ff. eod. tit.* Verum hoc non obstante contrarium tamen verius est, quoniam actus, quem in casu proposito injungit superior, nimirum incensio bonorum innocentis, est intrinsece malus sive contra jus naturæ vel gentium, & sic exequens non potest non in mala fide existere, dum vel aucupandæ gratiæ ergo, vel ad augendam fortunam suam, turpi promptitudine blandiens tyranno, serviliter expedit actum Legibus interdictum, cum ta-

men sciat vel scire debeat, DEO magis obediendum esse, quam imperio iniqui rerum Moderatoris. vid. Molin. *de J. & J. Tom.*
11 *4. tr. 3. disp. 3. & T. 3. tr. 2. disp. 363.* Hinc Regula in contrarium allegata ita limitanda: quod is, cui parendi gloria relicta, immunis sit à pœna in levioribus vel extrinsece saltem malis, non in gravioribus delictis ac contra jus naturale tendentibus. Nam sicuti potestas privata semper subordinata esse debet publicæ,
12 ita publica cedat oportet divinæ. Mandatarius itaque hic gravi supplicio afficiendus (in atrocioribus scil.) non obstante, quod parere necessum habuerit. *L. 3. §. item cujus. l. nihil est 15. ff. ad L. Cornel. de Sicar. L. 6. C. de his quib. ut indign.*

13 Sed ut ad ipsum pœnæ genus tandem deveniamus. Notissimum est à primis Legum Romanorum incunabulis, jam tum pœnam ignis obtinuisse contra dolosos incendiarios, quia Legibus XII. Tabb. eadem dudum invaluerat, his verbis: *Qui ædes acervumque frumenti ad ædes positum dolo malo sciens incendit, vinctus, verberatus, igni necatur.* vid. Jac. Gothofr. *in*
14 *XII tabb. fragm. tab. 7.* postea eadem pœna in aliis Legibus repetita vid. *l. qui ædes 9. ff. de incend. ruin. & naufrag. L. Saccularii ff. de extraordin. crim. l. 10. ff. ad L. Corn. de Sicar. l. 28. §.*
15 *incendiarii ff. de pæn.* Vel etiam novæ pœnæ substitutæ deprehenduntur, uti dilaceratio bestiarum, decollatio, furca, condemnatio in metallum, deportatio &c. *gl. in l. dam operam. C. qui accus. non poss. l. fin. ff. de incend. ruin. naufr.*

16 Et quidem, quantum ad pœnam ignis, non inconveniens est isti delicto pœna, ut scil. igni pereat, qui aliena igne con-
17 sumpsit. Cujac. *ad l. 11. C. de his qui accus. non poss.* Existimant quidem alii inter quos etiam Wesenbec. quasi Jure talionis dictetur vivi comburium incendiario, verum hoc non est, quia talio simillitudinem requirit inter objectum delicti & inter subjectum pœnæ, id quod hic deficit. Nam talio quidem foret, si ei qui alienas ædes incendit, suæ iterum incendantur, non ut ipse consumatur incendio, cum alias illud absurdum inde sequeretur, quod qui alterius bestiam percussit ferro, dici posset talionem fecisse, si iterum ferro percutiatur, quod absque insigni

talionis

talionis abusu haud fieret. Illust. de Jena *de incend. dolos. Capitis III. c. 21. n. 10.*

In ipsa autem pœna infligenda probe distinguendum (1) 18
an intra oppidum excitatum fuerit incendium ac inter contigua ædificia, utrum vero ruri & in domibus sive horreis solitariis, quam distinctionem fundamus. *in l. ult ff. de incend. ruin. verb. incendium in civitate l. 28. ff. de pœn. verb. qui vero causam aut villam &c.* Cujac. *Obs. lib. 21. c. 20.* (2.) an delinquens sit vi- 19
lis persona atque ex fæce plebis, utrum vero egregius sit aut in dignitate constitutus, quæ diversitas multum facit ad variandam pœnam, arg. *l. 12. ff. de incend. ruin. naufr. l. 3. §. 5. ff. ad L. Corn. de Sicar.* Addunt quidem nonnulli tertiam distinctionem. Ni- 20
mirum inspiciendum quoque esse, utrum magnum sit, quod excitatum est incendium, an parvum. Berlich. *P. 4. Concl. 24. n. 21. & seqq.* Verum quoniam istius distinctionis nullum vestigium 21
apparet in Legibus Romanis, & notum satis est, etiam solum conatum vivicremio puniri (juxta dicenda inferius) multo magis ergo mereri istam pœnam, qui actu jam tum incendit, licet modicum saltem damnum dederit, ideo inquam distinctionem illam nostram haud facimus, & duas priores solummodo retinemus, ratione pœnæ ita statuentes: Incendium aut in civitate 22
causatum, aut extra eam. Priori casu si damnum datum à persona altiori, deportatio obtinet *l. ult. ff. de incend. l. 3. §. 5. ff. ad L. Corn. de Sicar. l. 16. eod.* si à persona honestiori gladius *dd. LL.* si ab humiliori, dilaniatio bestiarum sibi locum vendicabit, aut ignis; *l. 28. §. 12. ff. de pœn. l. 9. ff. de incend.* Posteriori casu, si extra urbem simile delictum commissum, pœna arbitraria, pro diversitate tamen personæ delinquentis ac damni dati varia, dictabitur *per all. text.*

De eo saltem disquiritur: An non hisce distinctionibus 23
derogatum sit, per generalem Constitutionis Criminalis dispositionem, dum Carolus V. Imperat. *in art. 125. d. Const.* generaliter asserit, incendiarios dolosos pœna ignis afficiendos, verbis Germanico idiomate ita sonantibus: Item / die boßhafftigen überwundenen Brenner sollen mit dem Feuer vom Leben zum

Tode

24 Todt gerichtet werden? Respondemus: Multos quidem esse in ea sententia, quasi Imperator per illam verborum generalitatem, omnes distinctiones supra laudatas voluerit sublatas, vid. Zieritz & Matth. Stephan. *ad d. art. 125. Const. Crimin. in fin.*
25 Verum si penitius inspiciamus negotium, contrarium non veritati solum, sed & æquitati magis convenire deprehendemus.
26 Sanctio quippe Carolina ad novas Leges pertinet, quarum natura hæc est, ut veterum jurium dispositionem per solam generalitatem non tollant, hinc quod specialiter lege nova non est expressum, illud veterum Constitutionum Legumque regulis manet obnoxium. *l. 33. §. ult. C. de appellat.* quod enim abrogatum non est, qvare stare prohibeatur? *l. 27. C. de Testam.*
27 Unde sequitur generalem Nemesis Carolinæ dispositionem, juxta specialis Juris Cæsarei distinctiones esse interpretandam, cum alias neglecto respectu personarum, si pœnæ juxta nudam proportionem Arithmeticam infligerentur, magna exinde oriunda esset inæqualitas, si scil. nobilis, in qvo tamen major sensus pœnarum est, æqve duriter plecti deberet, quam rusticus, aut plebejus, vel servus, qvi præter vitam nihil habet quod amittat, & sic solo metu mortis in officio contineri potest, cum ex adverso in dignitate constitutus alia habet, quæ perdat & quorum beneficio in virtutis & recti tramite valet conservari, uti sunt
28 bona, fama, honor, &c. Non obst. quod in pœnis uti vocantur uniformibus, omnis respectus personarum exculet, nam hoc dubium petitionem principii involveret, quoniam in eo cardo qvæstionis vertitur, an scil. per Const. Carol. uniformis pœna indigitata fuerit, cum tamen Jure Romano eadem admodum difformis & varia fuerit, pro diversitate personarum. Nos vero ex data supra ratione æquitatis jam tum adstruximus, vix præsumendum esse, qvod Carolus V. per generalem suam dispositionem, distinctiones antea enumeratas, æqvitati naturali innixas, voluerit abrogatas, præprimis cum negari nequeat, cum
29 qvi in civitate famosum excitat incendium, multis innocentibus nihilqve mali de delinqvente promeritis ipsiqve publico nocivum, longe improbiorem esse, qvam eum, qvi casam aliqvam

qvam inimici sui saltem incendit damnumqve unius tantum in-
tendit. Jam vero in levioribus causis proniores ad lenita-
tem judices esse debent, in gravioribus pœnis severitatem le-
gum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi *l. 11. ff.*
de pœn.

In Saxonia qvidem loco ignis dictatur incendiariis pœna 30
rotæ. vid. Land-R. *c. 2. art. 13. ibi:* Alle Mörder und die
den Pflug berauben/ oder Mühlen/ oder Kirchen und Kirch-
höfe/ oder Verräther und Mord-Brenner/ die ihres Herrn
Bottschafft werben zu ihren frommen oder eines andern we-
gen/ die soll man alle Radebrechen. In eo tamen convenit 31
Jus Saxonicum cum Jure Civili, quod crimen incendii inter
atrocissima referat delicta, duroque mortis genere illud plectat,
Item quod non indifferenter cuilibet incensori æqve duram pœ-
nam infligat, sed pro circumstantiarum & personarum diversi-
tate leviorem, sc. decapitationem, in *seqq. d. §. verbis:* Die ei-
nen Mann schlagen/ oder fehden/ oder berauben/ oder bren-
nen sonder Mord-Brand/ den soll man alle die Häupter ab-
schlagen. Augustus tamen Elector Saxon. *in Novell. Const. p.*
4. Constit. 17. approbavit & confirmavit pœnam ignis Jure Ci-
vili & Carolino statutam. Andr. Rauchbar. *Quæst. J. Civ. p. 2. n.*
7. Quamvis generalia ista verba, für Mord-Brennern zu ach-
ten und mit dem Feuer gestraffet werden möchten/ ad instar 32
verborum Constitut. Crimin. Caroli V. civiliter interpretanda
putemus, ita ut datas supra distinctiones iisdem adhibendas opi-
nemur. vid. Theodoric. *in Colleg. Crim. Disp. 7. th. 8. lit. D.*

Ex dictis satis elucescit, omnes quidem incendiarios pro 33
cenata sustinere pœnam ignis, eos tamen qui famosi vocantur
interdum durius plecti, quam simplices. Famosi enim sine ul- 34
lo discrimine damni secuti, ob perfectum æque ac attentatum
delictum, si scil. ad actum proximum pervenerint igne crema-
ri, sin vero ad nullum actum proximum processerint, sed in
simplicibus conductionis ac diffidationis terminis perstiterint,
gladio ferri jubentur. *in Const. Elect. Saxon. 14. & Const. 17. d.*
part. 4. Idque non solum ob gravitatem (uti ex Damhoud. in- 35

fit. Theod. c. l.) dolosi hujus incendii per se, tum respectu communis societatis, ad quam plane subvertendam bonis deperditis cumprimis directum est, tum respectu privatorum hominum, quorum sæpe numero ingens multitudo ad extremam immerito redigitur paupertatem, tum denique respectu finis, qui non ut in aliis delictis vel commodum vel voluptatem aliquam exspectat, tendens ad multorum interitum ex mera invi-
36 dia & nocendi libidine; sed etiam ob alia plura, quæ ibidem concurrunt atrocia scelera: veluti assassinium, homicidium, diffidatio, qva pax publicæ communitatis læditur & interdum etiam deprædatio, quæ singula delicta solitarie considerata
37 per se gravissimas mortis pœnas promerentur. Insuper ejusmodi incendiarii non male dolosis æquiparari possunt latronibus. Quemadmodum enim de his dicitur, quod homines non solum in bonis, sed etiam in personis affligant. *c. suscepimus. x. de homicid. Can. cum homo. cap. 23. quæst. 5.* item quod per horum mortem multorum salus & incolumitas procuretur *l. provinciarum. C. de feriis.* & per consequens jura hos majori odio & supplicio proseqvuntur, quam simplices latrones; *auth. de novo. C. de serv. fugitiv. l. 28. ff. 15. de pœn.* Ita quoque omnia illa famosis incendiariis optime applicari valent, ut proinde & ipsi famosorum latronum exemplo, graviori ani-
38 madversione veniant coercendi. Simplices è contrario incen-
39 diarii svadentibus id circumstantiis, gladio puniri possent, quamvis Carpzov. *in Prax. Crim. pag. 1. qu. 38. num. 15.* generalem ponat regulam consvetudine suffultam, qua incendiarios
40 cremandos esse asserit, idemque extendit (1) ad omnis generis incendiarios, cujuscunqve conditionis vel status existant. Tiber. Decian. *Conf. 57. num. 12. vers. quis enim omne dicit. l. 1.* sive sint masculi, sive fœminæ. Modest. Pistor. *Conf. 6 num. 13. l. 1.* Nam fœminis quidem ob sexus fragilitatem in multis juris articulis succurrunt leges, in pœnis tamen ordinariis infligendis atque in delictis contra jus naturæ perpetratis, nullo privilegio gaudent. Farin. *pag. 3. oper. crim qu. 98. num. 1.* Sfortz. Oddus *de restitut. in integr. pag. 1. quæst. 10. art. 5.* sive

nobil

nobiles sint, sive ignobiles. Dan. Moller. *L. 4. Semestr. 31.* Andr. Rauchb. *d. qu. 10. n. 7. in fin.* (2.) Ad incendium quovis in lo- 41
co perpetratum, sive in civitate, sive extra eam, quia in hoc delicto non tam ad quantitatem, quam ad qualitatem delicti respiciendum. Carpzov. *cit. l. num. 30.* unde porro infert, eandem 42
dem pœnam obtinere, sive ædificium ad habitationem, sive ad usus rusticos destinatum v. g. Fœnile, eine Heuscheune / aut Torcular eine Weinpresse / vel aliæ res v. g. ligna aut frumenta fuerint incensa, in quo puncto tamen dissentit Berlich. *c. l. num. 43.* qui tali casu, si vel meta fœni, vel pali lupulorum, vel acervus ligni fuerit incensus, extraordinariam pœnam dictatam perhibet à prudentibus. (3.) ad damnum quodlibet per incen- 43
dium causatum, sive illud magnum sit sive parvum, eodem modo sicuti in latrocinio ad augendam vel minuendam pœnam, non tam respicitur ad quantitatem rerum ablatarum, quam ad intentionem nefandam atque ad detestabile delinquentis factum. Hinc eandem pœnam, juxta assertum Carpz. merebi- 44
tur ille, qui incendium excitavit, licet ignis eodem momento quo urere cœpit, iterum extinctus fuerit. Nec quicquam fa- 45
ciet, si reus ad effugiendam pœnam ordinariam restituere damnum illatum paratus sit. Cum in genere verum sit, quod 46
transactio vel remissio à delinquente facta, nihil vindictæ publicæ derogare valeat. *l. 2. C. res inter alios acta.* Gœdd. *ad l. 131. ff. de V. S. n. 13.* De eo saltem quæstio formari posset, an 47
eandem pœnam incurrat, qui proprias suas incendit ædes? videtur statuendum quod non, quia quilibet rerum suarum liber moderator ac arbiter. Hoc tamen non obstante, quia alias 48
ad palliandam iniquitatem suam & ad evitandam pœnam ordinariam, malevoli incensores possent initium incendii à propriis ædibus facere, atque hac ratione pœnæ semet subducere, quod tamen non ferendum, præprimis si appareat, aliquem eo malitiæ processisse, ut etiam cum proprio suo detrimento aliis nocere velit, ubi tenebitur, licet ignis non ulterius processerit, sed solas tantum incendiarii ædes absumpserit. Præjudicia eam in rem recenset Carpzov. *c. l. num. 47.* (4.) Ad mandantes 49

five conductores quoniam hic versamur in materia delicto-
rum, ubi mandans & mandatarius, conductor atque locator
pari pœna tenentur. Tiber. Decian. *in Tr. crim. lib. 9. cap. 37.
num. 1.* & quod quis per alium facit, id ipse fecisse putatur *c.
27. d. R. J. in 6to. l. 3. l. 5. ff. ad L. Corn. de Sicar. l. 6. C. de his quib.*
50 *ut indign. l. 5. C. de accusat. l. 37. ff. ad L. Aquil.* Imo man-
dans tripliciter quasi delinqvit, scil. in se, in mandatarium, &
in eum, cui nocet per incensionem, Cœpoll. *Cons. 34. num. 48.*
Mascard. *de probat. l. 2. Concl. 1012. num. 1.* Jul. Clar. *in pract. §.
fin. qu. 90. num. 1.* Oportet autem ut mandans vel conductor,
51 de qvo hic agimus, talis existat, qui actione pulsari valet, alias
enim frustra de pœna disquisitio institueretur, nasci tamen in-
de posset causa belli, si Princeps vel Rex alterius possessiones
incendi juberet, de qvo ex parte in antecedentibus actum. (5)
52 Ad eos incendiarios, qui ab aliis offensi vindictæ animo incen-
dunt. Licet enim ignoscendum sit ei, qui se voluit ulcisci pro-
vocatus, illud tamen procedit saltem in crimine homicidii ubi
invasus cum internecione alterius semet descendere valet, non
in aliis delictis v. g. in atrocissimo incendii delicto, utpote qvod
offensioni præcedenti nullatenus respondet.

53 Ampliationes modo enumeratas ideo adducere placuit,
quoniam si in genere in omnibus ac in simplicibus quoque in-
cendiariis istam pœnam approbavit consuetudo, eandem quo-
que multo magis approbare tenebitur in famosis incendiariis.
54 Qvemadmodum enim hos gravius delinquere, statuit Car-
pzov. *cit. l. num. 50.* ita quoque graviori pœna eos dignos es-
55 se admittere debet. Eaque occasione quæri posset, an non
contra incendiarios in maxima copia emissos, uti liceat imma-
nissimis cruciatibus & suppliciis crudelissimis? Sane, si freqven-
tiam delicti hujus hoc ævo admodum usitati, si malitiam feri-
tatemque hominum isti crimini studentium damnaque & mise-
rias innumeris iisque innocentibus Germaniæ civibus causatas
perpendimus, non adeo iniqvum judicari posset, si præter acer-
bissima hucusqve adhibita cruciatuum genera, nova excogita-
rentur tormenta ad deterrendos malevolos & pessimos homi-
nes

nes à delicto, à quo ipsos nec virtutis amor, nec conscientia recti repellit. Vincit tamen has rationes Christianorum pie- 56
tas, qui corpora delinquentium ita punire solent, ne animas simul perdant. Hinc abstinent ab illis suppliciorum generibus, quæ pedetentim & lenta morte exanimant facinorosos, & quæ ad desperationem quasi inducunt plectendos, ut in consortium dolorum vocent malignum spiritum. Talia supplicia com- 57
muniter sunt das Vermauren/ das Zergliedern / das Sieden in Oel/ das Spießen/ & si quæ sunt alia ultra humanum modum torquentia noxios, quæ proinde contra incendiarios dolosos adhibere iniquum putaremus, quamvis ob atrocitatem 58
criminis, communem formam in procedendo, judicando sive puniendo transgredi possit judex, exacerbata paulisper pœna ordinaria. Conf. Jul. Clar. *l. 5. §. 1.* Moller. *lib. 3. semestr. 17.* Carpz. *p. 3. qu. 102. pr. crim.*

Restat ut de cessante vel mitiganda pœna incendiario- 59
rum agamus. Nullum enim ferme delictum existit, quod licet ordinariam pœnam in LL. statutam habeat, non interdum locum faciat vindicationi extraordinariæ, idque pro diversitate circumstantiarum & delinquentium. Inter incendiarios autem (1.) impunis est infans, qui nondum fari novit & 60
nondum attigit annum ætatis septimum *l. 18 C. de Jur. delib. l. 1. pr. ff. de V. O.* Nam deficit in ipso deliberatio, consilium, proœresis & dolus, sine quibus tamen delictum perpetrari haud potest. Ac licet ex aliquibus infantum actibus ipsis 61
prudentiam aliquam & intellectum adstruere nonnulli velint, illorum tamen argumenta tanti ponderis haud sunt, ut ob incendium eos tanquam incendiarios plectendos statuamus, add. Farin. *pr. crim. pag. 3. qu. 92. num. 47. & seqq.* (2.) Infantiæ 62
proximus, quam ætatem in masculis ad decimum, in fœminis ad nonum annum se extendere, tradit Farin. *c. l.* Ille enim, ob immaturum adhuc quo pollet judicium, nec delicti capax est, nec culpæ, ergo nec pœnæ reus esse valebit. Unde etiam in atrocissimis usu fori regul. impunitatem ejusmodi personis decerni, autor est Matth. Coler. *p. 1. D. 162.* add. Menoch.

de A. J. Q. lib. 2. qu. 57. n. 12. ubi circa hoc punctum arbitrio judicis locum esse asserit.

63 Mitigari solet pœna incendiariis impuberibus pubertati proximis. Nam licet ipsi sæpe numero doli capaces deprehendantur *arg. l. 111. ff. de R. J.* & per consequens dolosum committere valeant incendium, cum tamen lubricum adhuc sit ipsorum judicium ac ratio infirmior, mitius cum ipsis procedere solent LL. i. e. non impunitatem concedunt, *arg. l. 7. C. de pœn. l. 23. ff. de furt.* sed loco ordinariæ eos arbitrariæ ac extraordinariæ pœnæ supponunt. *arg. art. 104. Constit. Crim.* add. Land-R. *Sax. cap. 2. art. 65. & 161.* quæ pœna arbitraria sicuti aliqui volunt non semper denotat fustigationem, excludens
64 capitalem. Nam ob supinam iniquitatem etiam pœnam mortis dictatam esse pubertati proximis annumque decimum quartum ingressis, probatur *l. 14. ff. SCto Sylaniano.* & in specie incendiarios impuberes ad pœnam gladii & concremationem cadaverum condemnatos esse, pluribus præjudiciis testatur Carpzov. *part. 1. qu. 39. n. 18. & seqq.* & Brunnemann. *Cent. 4. Dec. 2.* Ubi casum refert, de puella 13. annorum, quæ septies ignem supposuerat ædibus molitoris, usque dum tandem molendinum conflagravit, cui puellæ ibidem pœna gladii dictata legitur cadavere postea comburendo, reservato tamen Magi-
65 stratui jure aggratiandi. Nam interdum in impuberibus malitia supplet ætatem, & pœna capitali ipsos reddit dignos, in modo supplicii saltem aliquam relinquens moderationem. Ac licet impubertas pro innocentia faciat præsumptionem *arg. l. 47. §. 1. ff. de hered. instituend. L. 10. ff. de præsumpt.* ista præsumptio tamen saltem juris est ac contrarii probatione excluditur. *l. 57. ff. de J. dot. l. fin. pr. ff. quod met. caus. l. 25. ff. de*
66 *probat.* Eandem mitigationem pœnæ obtinere volunt aliqui in puberibus sive minorennibus. Farin. *pag. 3. quæst. 92.* Verum hoc non admittendum putamus, sed eos qui pubertatis annos impleverunt, ordinariis pœnis, præsertim in atrociori-
67 bus subjacere, existimamus. Idque ideo ne lenitas pœnarum nimium

nimium extendatur, invitans ad delinquendum facinorosos. Nam puberes maturiori judicio & dolo peccare censentur, *l. fin. C. de his qui ven. æt. impetr.* & in delictis majorennitas an- 68
no ætatis 14. tam in masculis quam in fœminis contigit. Magnif. Dn. Stryck. *in not. ad Inst. pr. I. quib. mod. tut. fin.* ut sic ob solam minorennitatem à pœna ordinaria regulariter non excusetur delinqvens. Sicuti enim ætas pro impubere ad pœnam extraordinariam, ita pubertas contra reum ad ordinariam præsumit, nisi in utroque casu probetur contrarium, sc. in impubere malitiam supplere ætatem, ubi ordinaria obtineret pœna, & vice versa, puberem nondum esse maturioris judicii, ubi pœna extraordinaria locum sibi vendicaret.

De senibus communiter in proverbio dicitur, eos esse bis 69
pueros, unde inferri posset, eos tanquam pueros immunes esse à pœna incendiariorum. Gometz. *Tom. 3. variar. resolut.* Tiraquell. *de pœn. temperand. cap. 8. num. 6. & 7.* Sed vero, qvoniam experientia testatur, multos senes dari, qui in profecta jam tum ætate longe vegetiores existunt, tam quoad dona corporis, quam quoad dona animi, quam juvenes in ipso ætatis flore, ideo solus annorum numerus à pœna incendiariorum vix excusabit senem, nisi insimul docuerit se sufficienti ratio- 70
nis usu propter annorum multitudinem excludi & sic magis se ex impotentia & fatuitate senili, quam ex constanti & deliberato proposito deliquisse; qua in re quantum tribuendum sit arbitrio judicis, nemo non videt & probat illud pluribus. Menoch. *lib. 2. C. 58. de Arb. J. Quæst.* Quinam alibi senes vo- 71
centur de eo vid. Bachov. *ad §. 5. Inst. de Excus. tut.* Paris. *vol. 2. Cons. 29. n. 38.*

Mente captos, furiosos, fatuos, atque Melancholicos 72
qvod attinet, illis modo revera tales sint, & modo ad palliandam pravitatem suam se stultos haud fingant, ab omni pœna immunes pronunciantur, id quod non solum experientia testatur, sed etiam sana suadet ratio. Tales quippe cum sensu 73
bruto

bruto ferantur in delicta *l. 5. ff. de L. Aquil.* fati infelicitate excusantur. *Ordin. Crim. art. 179. l. 12. ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. 14 ff. de Offic. Præsid. l. 9. §. 1 ff. ad L. Pomp. de parricid. l. 7. §. 3. ff. ad L. Jul. Maj. l. un. C. si quis Imper. maled.* add. Bertrand. *Cons. 48. l. 1. pag. 2.*
74 Quodsi autem furiosus dilucida habeat intervalla, ac tempore intervalli incendiarium egisset, dum non in specie inumbratæ quietis fuit, ordinaria ipsum pœna manet. Farin. *pag. 3. qu. 94. n. 13.*
75 Si vero post intervallum iterum in morbum incidat, vel si ante furorem delinquens furore postea corripiatur, pœnam delicti in morbo illo constitutus haud luit. *l. 14. ff. de Off. præsid.*
76 Nam qui plectitur ita puniendus, ut sentiat se feriri, id quod de furioso prædicari nequit, utpote qui nullum pœnæ sensum habet. Anton. Matth. *de Crim. prolegom. c. 4.* Theod. Petreus *Conclus. Crim. 223.* Steph. Forcatul. *in Neciom. jur. Dial. 33. num. 3. & 4.*
77 Plura de incendiariorum poenis haud addo, quoniam Dd. rerum criminalium fuse satis de iis egerunt, ad quos brevitatis studio nos remittimus,
78 conf. Hunnii *Colleg. Crim. Disp. 13. th. 8.* Joh. Bapt. Bajard. *ad Jul. Clar.* Jac. de Bello visu *in pract. crim.* Hippol. Bonacoss. *Quæst. Crim.* Joh. Diemmair *aphorism. jur. de crimin. eorumque pœn.* Hieron. de Federicis *Resol. Crim.* Lud. Gilhaus. *arb. jud. crimin.* Marii Giurbæ *Decis. Crim.* Petr. Heiden *Conclus. Crim.* Coronidis loco adhuc notamus, non inepte ad poenas incendiariorum referri, quod in fideicommissis haud succedant.
79 Vid. Knipschild. *de Fideicommiss. c. 8. num. 464.* Filius tamen ob id quod incendiarius sit vel diffidator exheredari non poterit, etiamsi minatus fuerit patri, Er wolle dem Vater einen rothen Hahn auf das Hauß setzen. Causæ enim exheredationum, quæ in *Nov. 115.* exprimuntur, stricte sunt interpretandæ, neque ob alias causas, licet majores existant, licite procedit exheredatio, quia verbis exclusivis utitur Imperator *in all. Nov.* conf. Zoes. *ad ff. de lib. & posthum. hered. instit. vel exhered. n. 13.*

CAP.

CAPUT IV.

De

OFFICIO MAGISTRATUS CIRCA INCENDIARIOS ET INCENDIA AB IIS CAUSATA.

SUMMARIA.

1. *Malis hominibus purganda provincia.*
2. *Monitum ad subditos Marchiæ contra incendiarios.*
3. *Magna præcautione contra incendiarios opus.*
4. *Romæ Magistratus certi contra Incendiarios constituti.*
5. *Ædiles & Tribuni.*
6. *Græcorum Agaranomi.*
7. *Triumviri Capitales.*
8. *Qvinqueviri Cis-Tyberes.*
9. *Cura Imperatoris circa incendiarios.*
10. *Tribuni & Præfectus vigilum instituti.*
11. *Præfecti vigilis officium.*
12. *Quid per hamas & dolabra intelligatur, aliave instrumenta tempore incendii adhiberi solita.*
13. *Hodie Præfecti vigilum non sunt in usu.*
14. *Loco vigilum sunt* die Stundenbläser *&c.*
15. *Examina ad investigandos incendiarios instituta.*
16. *Muneri Magistratuum incumbit* Feuer-Ordnungen zu machen.
17. *Competit illud jus non solum Civitatibus Liberis,*
18. *Sed etiam Municipalibus.*
19. *Civitates Imperiales gaudent Jure Superioritatis territorialis.*
20. *Civitates provinciales non possunt LL. condere.*
21. *Bene tamen Statuta.*
22. *Exceptio est* in denen Amts-Stadten.
23. *Cura hominum vana sine divina assistentia.*
24. *Magistratus curare debet, ut Sabbathum sanctificetur.*
25. *Transgressores Sabbathi Deus igni punit.*
26. *Nundinæ non recte instituuntur die Solis.*

27. Usque ad 32. Edictum Electorale de Sanctificatione Sabbathi.
33. Ædificiorum ordo admodum utilis contra incendia.
34. Insularum usus.
35. Materia quænam ædibus adhibenda.
36. Nimia altitudo ædium prohibenda.
37. Contra utilitatem publicam non valet conventio privatorum, de altius ædificando.
38. Aquarum cura incumbit Magistratui.
39. Qui ordinat die Brunnen-Herren.
40. Instrumenta arcendis incendiis, tam in publico quam in privatis ædibus habenda.
41. Adhibendi extinguendis incendiis opifices periti.
42. Abigenda inutilis turba ab incendiis.
43. Depositum miserabile restituendum, & si negetur, in duplum.
44. Officium Magistratus durante incendio.
45. Singuli singulis muneribus præficiendi.
46. An cives teneantur concurrere ad campanæ sonum? Aff.
47. Idque tenore Juramenti des Bürger-Eydes.
48. Negligentes pœnis, diligentes præmiis afficiendi.
49. Post incendium extinctum vigilia disponenda.
50. Vigiliis istis nemo civium se subtrahere valet.
51. Nobiles cogere possunt rusticos ad excubias.
52. Non obst. quod Nobiles jus territorii non habeant.
53. Excipiendi enim sunt casus necessitatis.
54. Post incendium succurrendum miseris.
55. Vel immunitatibus.
56. Vel largitionibus.
57. Vel contributione concivium.
58. Utile est Statutum de contributione damni.
59. Interdum cessat contributio.
60. Destructæ ædes quoque compensandæ.
61. Modo destructio justo metu facta.
62. Aliud in demolitione temeraria, ubi actioni L. Aquiliæ locus.
63. An licitum sit Feuer versprechen.
64. Neg.
65. Non licitum est uti incantationibus contra fugitivos.

66. Nec

66. Nec contra torquendos.
67. Non obstat L. 4. C. de Malef. & Mathem.
68. Dicta lex 4. explicatur incidenter.

CUm Magistratuum officia magnam partem hoc ipso absolvantur, ut malis hominibus purgent provincias, juxta *l. Congruit 15. ff. de Off. Præsid.* præprimis qvoqve eo allaborare debent, ut non solum incendiarios famosos, si qui in Republ. deprehendantur, severis coërceant pœnis, sed etiam omnem impendant curam, ne qvi incensores civitates sibi concreditas intrent, inibiqve damnosum publico ac privatis exci-tent incendium. Hoc enim vult serium illud per universam Marchiam nostram evulgatum mandatum & monitum his verbis conceptum: Nachdem von verschiedenen Orten die gewisse Nachricht einzelauffen / daß die gemeine Feinde des Vaterlandes wider dasselbe / unter andern unerhörten Grausamkeiten und unchristlichen Verfahrungen / auch verschiedene Mord-Brenner ausgesandt / welche bereits an vielen Orten / und insonderheit in der Königlichen Böhmischen Residentz-Stadt Prage / mit Feuer-einlegen unersetzlichen Schaden gethan / und viel hundert Häuser in die Asche geleget; Als wird hiermit männiglich erinnert und gewarnet / auf sein Hauß / und was vor Leute bey ihm ein und ausgehen / fleißige und sorgfältige Achtunge zu geben / und Abends und Morgends aller Orten / und absonderlich in Scheunen und Ställen genau zu visitiren / ob etwa einige Lunten / Schwefel / Pechkräntze oder dergleichen leicht anzündende Materien darein geworffen seyn möchten / damit so viel möglich Unglück verhütet / und Schade abgewandt werden möge. So wird auch männiglich erinnert / auf die etwa herum vagirende unbekandte Leute / sowohl an den Thoren / als sonsten gute Acht zu haben / ob etwan dergleichen Mord-Brenner ertappet und zur Hafft gebracht werden könten / wie sie sich dann in allerhand Kleidung verstellen / und bald als Cavalliere / bald als Bürger und Bauer / bald aber als gefangene Ungarische Sclaven und Bettler herum gehen sollen.

3 Ex qvo apparet, quod contra ejusmodi fraudes & machinationes magna præcautione & cura tam singulorum, quam
4 præprimis Magistratuum opus sit. Docet nos illud suo exemplo Roma, quæ à primis statim Reip. suæ incunabulis non solum certos habuit Magistratus, sed etiam privatas familias,
5 quibus sollicitudo incendiorum demandata fuit. Et primo qvidem munus illud incubuit Ædilibus, Tribunis plebis qvoqve intervenientibus, per *l. 1. ff. de Off. præf. vigil. l. 2. ff. de Orig. Jur.*
6 *§. 21.* Quorum illi Græcorum Agaranomis non adeo absimiles fuere, quos refert *Cal. Rhodig. & Strabo.* Proximior ta-
7 men erat, quæ ea tempestate Triumviros tangebat cura. Dicebantur autem isti triumviri vel capitales, qvia carceris custodiam habebant, vel Nocturni, qvia excubias nocturnas agebant incendiisque arcendis invigilabant. *d. l. 1. ff. de Off. præf. vigil. l.*
8 *2. ff. de O. J. §. 30.* His porro additi Quinqueviri Cis-Tiberes nuncupati, quorum quilibet suæ regionis ædificiis præesse jussus. Nam ita scribit Livius *L. 39. cap. 14.* Triumviris capitalibus mandatum est, ut vigilias disponerent per urbem, servarentque ne qui nocturni cœtus fierent usque ab incendiis caveretur. Adjutores Triumviris Quinqueviri dati, ut cis Tiberim suæ quisque regionis ædificiis præesset. add. Fenestell. *de Magistr. Roman. cap. 13.* Tholos. *in Synt. Jur. univers. p. 3. L. 47. C. 35. n. 70. & seqq.*

9 Enimvero, cum ne sic quidem satis cautum esset freqventiæ incendiorum apud Romanos, tandem huic rei per se consuli maluit Imperator Augustus, salutem Reip. tueri, nemini magis convenire credens, quam sibi, nec alium quam Cæ-
10 sarem illi rei sufficere, persvasus. Hinc pluribus interdum quoque uno die exortis incendiis, septem cohortes opportunis in locis constituit, ut binas regiones urbis unaquæque cohors tueatur, præpositis eis Tribunis & super omnes spectabili viro, qui Præfectus Vigilum vocatur. Huic injunctum erat, ut cognosceret de incendiariis, effractoribus, furibus, raptoribus & receptatoribus *L. 3. ff. de Off. præf. vigil.*

Inio

Imo inter alia officium ejus consistebat in eo; ut per to- 11
tam noctem vigilare debuerit, & oberrare calceatus cum ha-
mis & dolabris, item quod ipsum omnes inqvilinos admonere
oportuerit, ne negligentia aliqua incendii casus oriatur; & ut
unusquisque inquilinus aquam in cœnaculo habeat. §. *3.* & *4.*
d. l. Dum autem per totam noctem vigiliæ injunguntur; il-
lud civiliter intelligendum, ut vel intelligatur tempus, quo me-
tuitur incendium, vel ut vigilet per alios sibi subjectos. Nam
non credendum est, quasi insomniis enecare voluerint legisla-
tores Præfectum, vel officia noctis ac diei in ipso permutare,
ut per totum diem stertere necessum habuerit. Quid vero per 12
dolabra ac hamas intelligatur, de eo vid. Rhodigin. *lect. antiqu.*
l. 19. C. 2. & Plin. *lib. 10. Ep. 42.* Certe illis non absimilia sunt,
usitata apud nos instrumenta incendiis cohibendis & coercen-
dis adhiberi solita, die Radehauen/ Aexte/ Beyle/ Feuer-Ey-
mer &c. quibus addi possunt sifones die Spritzen/ Centones *l.*
12. §. 18. ff. de instrum. vel instr. legat. i. e. stragula ex lana con-
fecta, quibus madefactis arcebant incendia starcke zottichte De-
cken oder Filtze/ quorum loco apud nos adhibentur sacci ma-
defacti, nasse Säcke/ multum emolumenti afferentes, præpri-
mis ad caminos ardentes extinguendos; die Schorsteine zu lö-
schen.

Moribus hodiernis immutata immane quantum vetusta 13
illa Reip. forma, ejusmodi Præfectos Vigilum & Tribunos am-
plius non habemus. In spatiosis tamen ac amplis civitatibus
uti Lutetiæ Parisiorum, locum ipsorum implent, Les Capitai-
nes du guet tant à pied q' à Cheval. In minoribus vero & non 14
adeo populosis civitatibus eadem cura incumbit Magistr. or-
din. qui per pauciores vigiles, durch die Nachtwächter / Ha-
scher/ Herren-Diener/ Stunden-Ruffer und Bläser in plateis
publicis & turribus degentes, securitati viarum nec non ædifi-
ciorum contra incendia prospiciunt; ac contra incendiarios, 15
wider die Mord-Brenner / certos ex Magistratu aut civium
consortio deputatos ordinant, qui neminem, nisi prævio ri-

gorofo examine in civitatem intromittunt. Quæstiones communiter ita conceptæ esse solent: quomodo vocetur viator vel advena? unde sit? cujus conditionis existat? quid negotii in urbe expediendum habeat? an diu in civitate sit commoraturus? an tendat plus ultra? & quorsum? ubinam locorum in oppido hospitium sumpturus sit? an notos sibi amicos vel cognatos inibi habeat? an instructus sit commeatu, ob er auch einen Paß bey sich habe? & si quæ sunt alia.

16 Pertinet quoque huc Jus Ordinationes super incendiis faciendi, Feuer-Ordnungen zu machen/ zu publiciren und einzuführen. Hoc jus enim non tantum competit Civitatibus Li-
17 beris & immediatis Imperii, denen Kayserlichen freyen Reichs-
18 Städten/ sed etiam aliis mediatis, municipalibus dictis, denen Land-Fürsten oder Herren-Städten/ quæ in territoriis Principum Imperii sunt sitæ, sive sint majores, alibi metropoles aut matrices dictæ Haupt-Städte/ *l. 4. §. 5. ff. de off. procons. ibique Godofr. in not.* sive minores, mindere kleine oder incorporirte
19 Städte. De illis Imperialibus sc. minus dubii res habet, utpote quæ Jure superioritatis territorialis instructæ, non solum Statuta ejusmodi, sed etiam solennes Leges in districtibus suis concedere valent. vid. Illustr. Dn. de Rhez. *in Inst. J. Publ. lib. 1. t. 18. §. 7. & seqq.* Kaipschild. *de Jur. Civit. Imper.* Myler. ab
20 Ehrenbach *in Archol. C. 17. 18. & 21.* De his nimirum Provincialibus civitatibus ex parte dubitari posset, quoniam intuitu earum potestas legislatoria Principi cui subsunt, competit. Verum hoc non obstante, & licet LL. sibi concedere nequeat Municipium, facultas tamen condendi Statutum, eidem non
21 adempta. Hinc de rebus ad commodiorem publici administrationem spectantibus, valide statuere sufficiunt. Nam dum ipsis administratio à Superiori commissa, tacite etiam media ad illum finem tendentia indulta videntur, quorsum referimus facultatem de rebus civitatis statuendi & conficiendi Brauer- Becker- Fleischer- Kleider- Feuer-Ordnungen/ und dergleichen. Conf. Magnif. Dn. Stryck. *in Annot. ad Inst. de J. N. G. & C.* §. 1.

§. 1. *verb. quod quisque populus pag. 20.* In civitatibus tamen 22
illis, quæ ad præfecturas certas pertinent, In denen Amts-Städten/ hoc jus Magistratui haud competeret. Nam cum ejusmodi municipium vel nullam omnino, vel divisam saltem cum Præfecto jurisdictionem habeat, huic soli etiam jus erit præfatas ordinationes promulgandi, vel Magistratui pro re nata jus competet præscitu Præfecti des Amtmannes ejusmodi ordinationes & statuta conficiendi.

At vero, licet vigiliæ præfato modo accuratissime constitutæ, licet ordinationes contra incendiarios curate admodum compilatæ, omnis tamen cura in vanum procedet, nisi clementi Supremi Vigilis providentia benigne protegamur. Nam si is sacrosanctas suas cohortes ad custodiam nostri haud locaverit, arsuri sumus, nullo contra incendiarios præsidio securi, & nisi dominus custodiverit civitatem, frustra vigilat quisquis eam custodit. Hinc prima Magistratuum cura eo collimare 24
debet, ut placatum Numen habeat Respubl. ac ne per profanationem Sabbathi irritetur Deus, ad vindictam violatorum præceptorum suorum de civibus sumendam. Præprimis cum Historiarum monumentis proditum legamus, Deum in vindi- 25
candis sabbathi sui juribus, quam frequentissime igni & flamma usum. Ipsæque sacrarum literarum paginæ loquuntur pœnam ignis destinatam transgressoribus diei septimi, quem sanctificari voluit Jehova, ita enim Jeremias *cap. 17 vers. 27.* infit: *Si autem non audieritis me, ut sanctificetis diem sabbathi, & ne portetis onus, & ne inferatis per portas in die sabbathi, succendam ignem in portis ejus & devorabit domos & non extinguetur.* Unde apparet, quam reprobandus sit mos ille, passim in Germania 26
usitatus, quando in quamplurimis locis mercatuum vel nundinarum solennitates die solis vel initium sumunt, vel celebrantur. Laude potius immortali dignus Serenissimus noster Prin- 27
ceps Elector FRIDERICUS III. qui severissimis Edictis festivitatem diei quietis subditis suis injunxit, hoc modo: Demnach wir mit höchstem Mißgefallen vernommen / wasmassen

diese-

diejenige scharffe Verordnungen und *Edicta*, welche hiebevor zum öfftern wegen feyerlicher Begehung des Sonntages ergangen und *publiciret* worden/ so gar ausser Augen gesetzet und freventlich übertreten/ daß nunmehr aus dem Tage des HErrn/ welchen der höchste GOtt stracks nach Erschaffung der Welt geheiliget hat/ ein Sünden-Tag gemachet/ derselbe durch allerhand Laster und Uppigkeiten/ insonderheit durch Fressen und Sauffen entheiliget und dadurch der Zorn und die Straffen GOttes übers Land gezogen werden. Als haben wir gnädigst gut befunden/ vorgedachte Verordnungen hiemit zu erneuern/ wollen auch/ daß darob fest und unverbrüchlich/ auch besser als bishero geschehen/ gehalten werden solle.

28 Wir verordnen demnach/ und ist unser eigentlicher Wille und ernstlicher Befehl/ daß alles dasjenige/ wodurch der Dienst GOttes/ welcher fürnehmlich auf diesen Tag sowohl öffentlich in den Kirchen/ durch Anhörung Göttlichen Wortes/ Singen und Bethen/ als auch in den Häusern durch allerhand Christliche Ubungen muß gepfleget werden/ gehindert und zurück gesetzet wird/ abgeschaffet/ und zu dem Ende alle Gewerbe und Handthierungen eingestellet/ die Krahmbuden geschlossen/ keine Märckte gehalten noch auch sonst einige Eß- und Trinck-Waaren/ ehe und bevor die Glocke fünff nachmittage geschlagen/ verkauffet/ und *in specie* der Fischmarckt/ an denen Orten/ da er am Sonntag gehalten wird/ eher nicht als um 5. Uhr gehalten werden solle.

29 Insonderheit verordnen wir und wollen/ daß auf den Sonntag keine Banquete oder Gastereyen des Mittages gehalten/ weniger Hochzeiten an selbigem Tage angestellet/ auch in den Wein- Bier- Zunfft-Häusern und andern Orthen/ wo geschencket wird/ keine Gäste gesetzet/ noch Wein/ Bier oder Brandtewein vor 5. Uhr nachmittage verschencket oder verkauffet werden solle/ ausgenommen was reisende Leute oder auch sonst Einwohner und Soldaten zu ihrer unentbehrlichen

chen Nothdurfft bedürffen / welches ihnen abgefolget werden kan.

Ferner sollen am Sonntage keine Lust- oder Spatzier-Fahr- 30
ten angestellet/ die Stadt-Thore auch niemand vor 5. Uhren hinein oder heraus zu fahren/ geöffnet werden/ ausser vor den Posten und frembden Reisenden. Jedoch können die Einwohner vor den Städten zu Fusse ein oder ausgehen / nur daß es nicht unter den Predigten geschehe.

Und damit obiges alles desto fester gehalten werde/ so be- 31
fehlen wir allen und jeden Magistraten in hiesigen unsern Residentien/ als auch allen andern Städten unserer Chur- und Marck Brandenburg/ hiermit gnädigst und auch ernstlich/ daß sie auf alles fleißige Acht haben/ durch ihre Stadt-Diener die Wein- und Bier-Schencken auch Zunfft-Häuser visitiren lassen/ und die Ubertreter sofort zur Bestraffung ziehen oder anzeigen sollen. Wie denn auch eine absonderliche Wache in hiesigen unsern Residentien/ wie auch andern Städten/ wo unsere Völcker einquartiret seyn / herum gehen / die Schencken und Gäste/ so betroffen werden/ aufheben/ und in die Haupt-Wache bringen sollen. Diejenige/ so in hiesigen Residentien dawider gehandelt zu haben betreten werden/ sollen mit einer *Arbitrair*-Geld-Straffe/ welche wir nach Befinden *determini*ren und *ad pios usus* verwenden lassen wollen/ beleget werden/ wovon jedoch diejenige/ welche den Verbrecher angeben oder auffinden/ den zehenden Theil zu geniessen haben sollen; und wenn jemand öffters hierwieder mißhandeln würde / dergestalt/ daß ein Frevel und Verachtunge dabey solte gespühret werden/ alsdenn behalten wir uns vor einen solchen Freveler nach Verdienst mit Landes-Verweisung oder Leibes-Straffe zu belegen/ wornach sich denn jedermänniglich zu achten und vor Schaden zu hüten hat.

Weilen auch der Gottesdienst am Sonntage fast über- 32
all auf dem Lande und in den Dörffern sehr schlecht und kalt-

sinnig verrichtet wird/ so wollen wir nochmahlen hiermit gnädigst und ernstlich verordnet haben/ daß die Prediger auf dem Lande ausser denen Sonntags-Morgen-Predigten auch Nachmittage ihre Zuhörer jung und alt in die Kirche kommen lassen/ und selbige nicht allein aus der vorgehaltenen Predigt examiniren / besondern sie auch in dem Catechismo unterweisen/ und zur Ubung eines Christlichen Lebens mit guten Exempeln und Ermahnungen anführen solle. Wenn ein Prediger *Matrem & Filiam*, oder auch mehr Kirchen zu versorgen hat/ soll solches an dem Orte/ wo die letzte Predigt geschehen/ verrichtet werden. Worüber denn die *Patroni* und Gerichts-Obrigkeiten jeden Orthes treulich und sorgfältig zu halten / und wenn Prediger ohne erhebliche Ursache solches unterlassen/ selbige mit einer gewissen Geld-Busse zu belegen haben. *Datum Coloniæ ad Suevum An. MDCLXXXIX.*

33 Postquam hac ratione iræ divinæ occursum, non leve momentum ad avertendos incendiarios & incendia conferet bonus
34 ædificiorum ordo & modus. Et quidem insulæ, uti in jure vocantur, h.e. domus solitariæ, quæ undiquaque circuiri possunt, admodum aptæ sunt ad repellendum incendium. Nam & ipsi Romani ejusmodi ædificiorum genus, ut frequentiam incendiariorum averterent, invenisse traduntur. *L. si insulam 84. ff.*
35 *de V. O. l. arbitraria 2. §. 5. ff. de eo quod cert. loc.* In modo ædificiorum illud observandum, ne ex materia facile ignem concipiente exstruantur ædes, vel ne ex stramine aut tegulis ligneis compilata tecta in civitate tolerentur, item ne permittatur nimia multitudo straminis, fœni, vel ligni invecti in urbem, quæ cuncta videre sunt in der neu-revidirten Feuer-Ordnung der
36 Stadt Franckfurt an der Oder. Addi his posset prohibitio de non extruendis ædibus ad nimis proceram altitudinem, illis enim periculo incendii imminente difficulter admodum succurri valet. Non contemnenda itaque sunt illa nonnullorum locorum statuta, quibus interdictum, ne ultra duas contignationes exstruantur ædes, daß niemand über 2. Schoß hoch bauen solte/

folle/ contra quod ſtatutum in utilitatem publicam conceptum 37
nulla valeret conventio privata in contrarium, nec quisquam civium à vicinis ſuis ſibi ſtipulari poſſet ſervitutem altius tollendi, utpote quæ præſupponit ſtatutum prohibens promiſcuam ædificiorum exſtructionem in præjudicium vicinorum, huic vero præjudicio privato (non publico) renunciare valet quilibet privatus, permittendo ſervitutem altius tollendi. vid. Magnif. Dn. Stryck. *ad Inſt. de Serv. ruſt. & urb. præd. ad §. 1. verb. altius tollat.*

Ne aqua deficiat ad reſtinguenda ſi quæ oborta fuerint 38
incendia, Magiſtratus providere debet, ut aqua ſive eadem ſit ciſternaria, ſive caſtellaria, ſive viva rite curetur, item ut putei in ſuo conſerventur tenore, daß die Brunnen und Pumpen in baulichen Würden erhalten werden. Solet hoc munus injun- 39
gi nonnullis vel ex Magiſtratu vel ex civium numero deputatis, qui vocantur die Brunnen-Herren/ & exigunt à reliquis civibus pecuniam, conſervationi ac reparationi puteorum deſtinatam, nemine excepto; licet enim ab aliis tributis aliqui immunes ſint, ab his tamen vom Brunnen-Geld nemo exemptus.

Denique ſummopere expedit non ſolum in locis publicis 40
habere dolabras, uncos, ſcalas, hamas, ſiphones tam majores quam minores, aliàs manuales dictas, ſed etiam ipſis privatis & cuilibet patrifamilias comparationem ejusmodi inſtrumentorum in incendiis neceſſariorum, injungere.

Quod ſi omnibus his rite ordinatis tamen eveniat fatalis 41
incendii caſus, id ſedulo agendum, ut bono ordine procedatur in reſtingvendo igne. Adhibendi autem præ reliquis illi, qvi circa ædificiorum exſtructionem ſunt occupati, ut fabri murarii, lignarii, ferrarii, illi enim, ſicuti opus viſum fuerit, commode deſtruere valent ædes, qvas violentiæ Vulcani alia ratione eripere haud licet. Porro arcenda erit nimia multitudo populi, 42
non extingvendi, ſed viſendi ſaltem cauſa concurrentis, & potius

alii deputandi, qvi curam gerant, ne miseris ex incendio res
43 suas salvantibus aliqvid auferatur. Nam depositum hoc tanqvam miserabile præprimis restituendum, ne afflicto addatur afflictio, & ne is, qvi in talibus angustiis constitutus deliberandi spatium non habuit, cui credere debeat res suas, damnum incurrat, dum primi occurrentis fidem elegit. Qvi autem fidem dicto modo electam violaverit & depositum negaverit, postmodum convictus tenebitur in duplum, qvi hic inficiatio facit litem crescere. *l. 1. §. 4. & l. 18. ff. depos.*

44 Ipsi autem Magistratus, durante incendio, partim in curia considere ad decidendas rixas, quæ in tali plebis concursu oboriri solent, partim in loco, ubi flagrat incendium, præsentes esse debent, qvo ipsorum mandato atqve jussibus eo felicius proce-
45 dat extinctio ignis, & ne nimiis in tali miseria distrahantur functionibus, satius erit singulos singulis præficere muneribus. Sic si unus procurabit siphones, alter instrumenta supra enumerata, tertius vero in loco incendii bonum ordinem servabit, res favente divina gratia optime procedet.

46 Verum, an cives post exortum incendium ad sonum campanæ, wenn die Sturm- oder Feuer-Glocke geschlagen wird/ aut ad stridorem tubæ, vel ad clamorem publicum teneantur concurrere restingvendi ignis causa, à nonnullis qvæsitum memini. Nos affirmantium opinioni adstipulamur. Necessitatibus enim publicis qvilibet succurrere tenetur. Ac licet per incendium in privatis ædibus ortum saltem damnum imminere videatur privato, illud damnum tamen per conseqventiam etiam concernit publicum, qvia ignis negligenter habitus latius
47 serpere & totam civitatem consumere posset. Jam vero vi juramenti, des Bürger-Eydes obnoxii sunt cives, ad avertendum damnum Reipubl. qvacunqve ratione imminens, dum verbis hunc in modum conceptis jurant: Sie wollen Ihrer Chur-Fürstl. Durchl. und dieser Stadt Schaden und Gefahr in allen vorkommenden Fällen nach ihrem höchsten Vermögen ab-

wen-

wenden. Cui porro consectarium, qvod sicuti primo ad ignem venientes & muneri suo diligenter vacantes præmiis afficiuntur, ita tardo vel plane non venientes, aut munus suum negligenter obeuntes, severis coerceri valeant pœnis. 48

Restincto tandem incendio per incendiarios aut aliunde causato, Magistratus officio incumbet, certas disponere vigilias, qvi diligenter observent rudera, ne latens sub favillis flamma nova incrementa sumat & noctu totale afferat excidium civitati, nec cives, præprimis vicini, qvos periculum istud maxime concernit, semet subtrahere poterunt vigiliis dicto modo peragendis. Imo ipsis nobilibus quoque hoc jus assereremus, ut contra incendiarios & ad avertenta ipsorum incendia, rusticos suos compellere valeant ad excubias. Non ignoramus quidem, qvod illi, qvi jus territorii formale vel superioritatis non habent, propter solum jus territorii materialiter suppositum, non possint ad excubias adigere sibi subjectos. Verum excipiendi sunt casus extraordinarii, summi scil. imminentis periculi, vel insidiarium vitæ domino structarum, aut extinctionis incendii in castro exorti, qvibus casibus etiam domini sola tantum jurisdictione non superioritate instructi, jus excubiarum exercere valent, approbante id praxi qvotidiana. Conf. illustr. Dn. de Rhetz. *in Inst. Jur. Publ. lib. 2. t. 2. §. 32.* 49 50 51 52 53

Egregia qvoqve est illa Magistratuum cura, qvando post incendium, vel malitia hominum, vel casu fortuito excitatum, sedulam navant operam, ut damnum perpessis illud detrimentum iterum resarciatur, vel remissis tributis, operis, vectigalibus aliisqve oneribus den abgebrannten Neuanbauenden giebet man gewisse Freyheiten oder Frey-Jahre/ vel datis literis intercessionalibus ac attestatis ad vicina territoria, ut ibi degentes largis donationibus læsis succurrant, vel ordinatione tali facta, ut reliqvi cives, qvorum ædes sartæ ac tectæ manserunt, damnum illud contribuendo restituant, attenta proportione Legis Rhodiæ de jactu. Id quod ita statutum memini in ordina- 54 55 56 57

 tione

tione contra incendia Hamburgi edita, ubi eo fine certum pretium cuilibet ædificio in der Feuer-Ordnung assignatum, juxta vulgatum in dicta civitate loqvendi morem: Das Hauß lieget
58 so und so hoch in der Feuer-Ordnung. Neqve contemnendum ejusmodi statutum, nam eo ipso evitant Hamburgenses, ne loca vacua maneant in civitate, daß keine wüste Stellen seyn/ & ne civibus ad incitas redactis ipsum commercium patiatur deliqvi-
59 um, quod tamen florem civitatis unice conservat. Cessaret autem illa damni retributio à concivibus exigenda, si vel incendiarius dolosus, vel is cujus culpa incendium exortum, illud ex bonis suis propriis compensare valeret.

60 Idem, qvod de ædibus incendio absumptis in antecedentibus dictum, qvoqve procedit in ædibus ad avertendum incendium destructis. Nam & ejusmodi damnum per demolitionem domino causatum per similem contributionem tenore ejus-
61 dem ordinationis compensandum. Oportet tamen ut justo metu destructio facta, licet postea ignis eo usqve non pervenerit *l. 49. §. 1. ff. ad L. Aquil.* Cui non obstat *l. 7. §. 4. ff. quod vi aut clam.* ubi dicitur, quod si ignis eo usqve non pervenerit, simplum veniat restituendum. Resp. hanc legem interpretan-
62 dam esse de temeraria demolitione, qvæ nullo periculo cogente facta est, hæc enim locum faceret actioni legis Aquiliæ, competenti damnum passo adversus eum, qvi temeraria sua destructione damnum intulit.

63 Coronidis loco adhuc disquirimus, an liceat verbis certis ad restingvendum incendium uti? Ob man das Feuer jugelassener Weise versprechen könne? Resp. Neg. Nam superstitiosæ
64 ejusmodi voces vel actus & signa nullam rationem naturalem habentia, implicitum cum diabolo pactum involvunt, & Christianum maxime dedecent, adeoqve reprehensione & pœna digni, non solum qvi tale qvid faciunt & perpetrant, sed etiam illi, qvi idem permittunt; cum tamen contradicendo impedire valeant v. gr.
65 Magistratus. Eodem modo qvoqve improbandum illud, quando

do certis incantamentis incendiarii aliive delinqventes detinentur in certo territorio, ita ut illud egredi haud valeant, wenn man machet/ daß die ausgetretene oder ausgerissene Delinqventen nicht können über die Grängen kommen. Aut qvando carnifices verbis, sigillis, characteribus aut amuletis &c. ad superstitionem compositis, veritatem extorqvent torturæ subjectis, 66
qvæ cuncta pœnam extraordinariam promerentur, *L.* 3. *C. de Malef. & Mathem.* ibiqve B. Dn. Brunnem. *n.* 6. Obstare qvidem videtur *arg. l.* 4. *C. eod. tit.* ubi Constantinus Imperator ab 67
initio severissimam pœnam minatur iis, qui magicis artibus aliis nocent, vel amorem aliorum sibi aliisve conciliant, postea autem subjicit, si qvis boni alicujus gratia v. c. ob sanitatem, vel propter ubertatem fructuum (qvibus addi posset deletio ignis, veritatis expiscandæ studium &c.) suffragiis utatur, qvod ille puniendus haud sit. Verum respondemus, istam postremam 68
Constitutionem vel sapere reliqvias gentilismi, hinc piis merito execranda, teste Cujac. *l.* 27. *Obs.* 17. & Carpzov. *P.* 4. *C.* 2. *D.* 7. sicuti etiam à successoribus Imperatoribus & qvidem à Leone in *Nov.* 65. refutata, & Jure Canonico aliqvot ejus textibus reprobata. v. *Caus.* 16. *Qu.* 2. *per tot.* Aut etiam dici potest Imperatorem Constantinum tanqvam Christianum *in all. Const. l.* 4. non loqui de incantamentis, sed de lustrationibus agrorum, qvæ cum publice decantatis litaniis fiebant & adhuc hodie apud Pontificios in usu sunt, qui in Festo corporis Christi, solenni totius populi processione, campos & fructus circumgrediuntur, implorantes, aptam fructibus tempestatem aqva lustrali iis inspersa. vid. *Nov.* 123. *C.* 32. Brunnem. *ad d. l.* 4. item Balduin. *l.* 3. *Cas. Consc. cap.* 5. *Cas.* 11.



COROL-

COROLLARIA.

I. QVicunque tempore incendii aliquid surripit, nisi forte lignum fuerit vel alia materia, quæ per se ignem augere posset, furti tenetur.

II. Quamvis Incendiarii gravissimam pœnam promeriti sint ob atrocissimum delictum, nimis tamen durum videtur, eos injicere in oleum ardens.

III. Qui periculum incendii suscipit, ille etiam tenetur de casu incendii insolito.

IV. Duello dimicantes contra Edictum non sunt securi in conscientia, etiamsi lateant in Foro externo.

V. Subditus salva conscientia jubente Principe in bellum potest proficisci, quod alias putat esse injustum.

VI. Qui Judici aliquid largitur, ut pro se sententiam dicat, etiamsi in justa causa det, nihilominus peccat, & Judex corruptus censetur.

VII. Si quis rem alienam se auferre existimans suam aufert, furtum committit.

IIX. In sponsalibus sufficit consensus fictus ad hoc, ut aliquis teneatur in conscientia ad consummandum Matrimonium.

IX. Lusus aleæ, chartarum aut talorum, licet animo lucrandi instituantur, non tamen inter res malas numerari possunt.

X. Filius Patrem tenetur alere, licet sit paganus, vel hæreticus vel Judæus, vel etiam anathemati subjectus.

XI. Concursus Creditorum à Marito excitatus non sufficit ad divortium à Conjuge desiderandum.

XII. Quicunque per falsa testimonia virginem . . . familiam inducit, ut ipsi in matrimonium detur, peccat.

FINIS.

§ (o) §